



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

Commentarius Resolutorius De Vsvris, In Capitulum Si fœneraueris. 14. q.  
3. iam pridem sermone Hispano compositus à Martino ab Azpilcueta  
Doctore Nauarro, & nunc ab eodem Latinitate donatus, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**

# COMMENTARIVS RESOLVTORIVS

DE VSVRIS, IN CAPITVLVM

Si fœneraueris. 14. q. 3. iam pridem sermone His-

pano compositus à Martino ab Azpilcueta

Doctore Nauarro, & nunc ab eodem

Latinitate donatus, defœcatus,

& auctus.

*August. super psalmo 36. concione 3.*

**S**i fœneraueris homini, id est, si mutuo dederis pecuniam tuam à quo plus, quam dedisti, expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus, quam dedisti: siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud: si plus, quam dedisti, expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

## S V M M A R I V M.

**V**Surarius est, qui plus, quam dedit ex mutuo sperat.

- 1 *Vsurarij sunt quidam creditores in ades debitorum diuersantes.*
- 2 *Vsuræ verbum quid significet.*
- 2 *Doct. Sotus laudatus.*
- 3 *Creditum duplex, & utrumque gratuitum.*
- 3 *Vsuræ aperta in cuiusmodi credito reperitur.*
- 4 *Vsuræ palliata inueniri potest in omni contractu, in quo solutio anticipatur vel differtur, cum exemplis.*
- 5 *Pretium rei iustam non consistit in indiuisibili, immo habet latitudinem summi, infimi, & medi.*



**R**IMO noto ex hoc capite, id quod præcipue D. Augustinus per illud intendit, siue summam eius, quæ secundum maximum illū Magistrum Gratianum, huius magni voluminis, quod Decretum appellatur, auctorem, est hæc: Qui plus, quam dederit accipit, vsuras expetit. Quæ parū contextui eius congruit, ob multa quæ non expedit referre, & videtur aptior ista: Qui aliquid vltra id, quod mutuo dat, expetit, quid-



Commentarius

quidquid illud sit, usurarius est. Quod ipsum confirmat Hieronymus a in illis verbis: *Vsura appellatur, quidquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.* Et id ipsum affirmat Ambrosius b per illa verba: *Neque, inquit, usuram escarum accipies, neque omnium rerum. Itē esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcumque accedit sorti vsura est. Item si quis instaurandum conuiuium putat, ad negotiatorum mittit, ut ab synthiasti cupellam deferat sibi gratis; ad ceponem dirigit, ut Picenum vinum aut Tyriacum requirat; ad lanium ut hylam sibi procuret; ad alium ut sibi poma adornet.* Hec ibi: pro verbo *hylam* videtur habuisse in suo libro Archidiaconus *vuldum*, vel *vber*, vel *hylam*, sed castigator videri litera hæc habens *hylam*, que est intellinum fatum, quod lanij solent in delicias, & xenia parare. Id ipsum confirmat Concil. Agathe. c Quibus consentiunt multi canones, & leges, que in titulis de usuris Codicis, & Digestorū, Decretal. Sixti, & Clemen. & hæc ead. causa q. sequen. & alibi sæpe: licet enim non omnes usuram damnent, lucrum tamen illud ultra sortem usuram appellant. Ex hoc notab. modo prædicto confirmato facile colligi potest, recte nos respondiisse in Lusitania, usuræ peccatum admisisse quosdam, qui morantes in ciuitatibus mutuabant tenuioribus multis pagos & vicos colentibus quasdam paruas pecuniarum summas, quas nõ exigebant vsque ad messem, nec in ea si erat copiosa: sed quali beneficium eis largientes differebant exactionem, dicentes, nolimus vobis nunc incommodare, & interim euntes, & redeuntes frequenter ad sua negotia in eorum pagis gerenda diuersabantur in eorum domibus cum suis equis, gratis prandendo, cœnando, & cubando, nunc in horum, nunc in illorum domibus, & postea adueniente messe ita exigua, ut esset verisimile grana Maio sequenti futura cara, exigebant debita, ob que miseris agricolæ non habentes aliud quod soluere, dabant frumenta, & alia grana eis in solutum duplici nomine grauati: nempe quod multis diebus eos hospitio gratis suscepissent, & quod cogebantur soluere quando non poterant, nisi granum quo multum egebant, dando in solutum, cum prius commodius soluere potuissent, si fuissent exacti, argumento eorum, que diximus in Manua, Confessio c. 7. n. 225.

a in c. sequenti ex commentarijs eius super lxxiij. c. de sumpto lib. 1. c. 1.  
b in c. 3. infr. ead. qu. de sumpto ex commentarijs eius in Tobiam.

c in c. vlt. infra ead. q.

d pro Rabinio.

e l. 2. q. 2. art. 1. de iust. & iure.

Secundo noto, quod quamuis hoc verbum, *usura*, originaria significatione usum cuiuslibet rei significet, iuxta illud Cicero *Vsuram huius lucis*, &c. tamen iuxta significationem quam hic, & in alijs iuribus, & Doctoribus, tam Theologis, quã Canonistis communiter habet, significat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Græcis dicitur *τόκος*, id est, parit: quia eum mutuum parit: & Hæbreis appellatur morsus, quo mutuans mutuatarium mordet. Ex quo quidam recentiores intulerunt quoddam falsum. Post quos, & etiam nos, latius scripsit de hac eadem re Dominicus Sot. illustrissimi ordinis Dominicanorum clarissimum decus e, cuius dicta magis erudita, quam praxi, & vsui accom-

accom-  
3 Ter-  
crediti-  
duplex  
rei crea-  
eadem  
Logi-  
le ad do-  
dicto M-  
glo. f. A-  
transit  
specie,  
& glo. g.  
illud m-  
cut con-  
4 Quan-  
aperta  
dictoru-  
thum n-  
ponder-  
rata, vir-  
ita clara-  
nitur. E-  
tum, f-  
potest, f-  
niri por-  
solutio-  
accipit-  
tio pio-  
infum-  
do tibi  
tibi can-  
contrah-  
si mihi  
tibi ad-  
reddere  
proueni-  
gi, que a-  
sunt mi-  
duco, ve-  
mutuar-  
se in ex-  
infum-  
dare m-  
solutio-  
mediu-  
pretio i-  
modo n-  
sunt



acommodata gratia breuitatis praetermitto.  
 3 Tercio noto omnia mutua gratuita esse debere: quia omne creditum, quod vulgus Hispanicum appellat *prestado*, est tantum duplex. Alterum, quod latine dicimus *commodatum*, per quod rei creditae dominium non transit in commodatarium, immo eadem res in specie, vt Iurifcon. loquuntur, siue in indiuiduo, vt Logici, est commodanti reddenda: cuiusmodi est coquestio mulae ad deambulandum: de quo quidem mutuo dictum est in praedicto Manual. cap. 17. num. 282. & debet esse gratuitum, iuxta glo. f. Alterum est mutuum, per quod dominium rei creditae transit in mutuatarium: quod non est reddendum in eadem specie, & indiuiduo, sed in eodem genere, vt colligitur ex text. & glo. g. & ideo hoc creditum dicitur proprie mutuum, quia per illud meum fit tuum, vt ait Vlpia. b. & debet esse gratuitum, sicut commodatum i.

4 Quarto noto ex illis verbis, *mutuum dederis, &c.* quod clara, & aperta usura non committitur nisi in credito secundi generis praedictorum, scilicet mutuo: & consequenter, quod sicut clarum mutuum non contrahitur nisi in rebus quae usu consumuntur, & in pondere, numero, aut mensura consistunt, puta, pecunia numerata, vinum, oleum, triticum, & id genus alij, quae usu consumuntur: ita clara usura non nisi in huiusmodi rerum contractibus inuenitur. Et consequenter, quod quemadmodum mutuum palliatum, siue occultum, in omnium rerum contractibus inueniri potest, sic etiam usura palliata, & occulta in illis omnibus inueniri potest, quin etiam reperitur in omnibus illis, in quibus ob solutionis tempus dilatatum plus iusto pretio rigido, & summo accipitur, aut ob anticipatam solutionem datur minus iusto pretio pio & infimo. Exemplum primi: vendo tibi domum, cuius iustum pretium summum, & rigorosum sunt centum: & quia do tibi vnum annum ad solutionem eorum faciendam, vendo tibi eam centum, & decem: in hoc casu vt mutuum palliatum contrahitur, ita & usura palliata inuenitur: perinde enim est, ac si mihi mutuo dares centum aureos numeratos, quos rursus tibi ad annum crederem, vt eo transacto centum, & decem redderes. Exemplum secundi: conduco, vel emo a te fructus, aut proventus tui beneficij, aut primigenij, aut alicuius oppidi, pagi, aut alicuius dominiij, cuius iustum pretium pium & infimum sunt mille aurei: & ob anticipatam solutionem anni vnus conduco, vel emo noningentis: perinde enim est ac si ante annum mutuatorem 900. vt in fine illius, redderes mille. Non autem otiose in exemplo primo, verbis illis, *iusto pretio*, addimus verbum *infimum*, & *pium*: quia sicut etiam diximus in Manua. Conf. a dare minus pretio iusto, summo, & rigoroso ab anticipatam solutionem, non est usura, nec peccatum, modo detur iustum, medium, vel infimum, siue pium: neque accipere plus iusto pretio infimo, siue pio, vel medio propter dilatam solutionem, modo non accipiat plus summo, siue rigoroso.\*

fe. 3. de com-  
 mod. & tot.  
 ff. de mod.  
 §. 1. 2. in prin.  
 §. 9. & 10. §. 1.  
 ff. de reb. cre-  
 dit.  
 h. In l. 2. §. 2.  
 ff. de spoella-  
 to, ff. eod.  
 i. iuxta glo. f.  
 recep. in c. 1.  
 de commod.

k. Inst. quib.  
 mod. re con-  
 trah. oblig.  
 in prin.

l. e. obstruit.  
 & c. in cini-  
 tate, de usur.  
 & c. ad no-  
 stram, de  
 emp.

a. c. 17. n. 282  
 & c. 23. n. 291



b c 23. n. 79.  
c in 4. dist.  
25. q. 2.

5 Pro cuius rei clariori intelligentia memorandum est id quod etiam posuimus in prefato Manuali. b & cū primis dicit Scot. e pretium nempe iustum non consistere in indiuisibili, immo habere latitudinem, cuius extremum inferius appellatur piū, & superius rigorosum, & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatum: verbi gratia vnus vlnę panni iustum pretium dicentur decem iulij, vno plus vel minus, ita quod vndecim erunt rigorosum, nouem piū, & decem, & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatum. Prefatorum quatuor notabilium summa inseritur prefato Manuali d.

d Cap. 17.  
num. 206.

S V M M A R I V M.

5. & 6. notabil.

- 6 *Vsura quid, cum sua definitione exacta.*
- 6 *Peccatum vsurę quid.*
- 6 *Vsura non est lucrum spirituale, aut quasi spirituale amicitia, &c.*
- 7 *Vsuram esse illicitam, & peccatum mortale est de fide.*
- 8 *Vsura prohibita etiam in noua lege, etiam in specie, etiam mentalis.*
- 9 *Sanctus Thomas intellecta angelico donatus.*
- 10 *Caroli Molinæ erroris primus proditor vbi fuit auctor, & 11.*
- 12 *Vsura realis, & mentalis, & cur ita dicantur.*
- 13 *Simonia mentalis ad restitutionem non obligat.*
- 13 *Peccatum mentale vsurę vt differt ab vsura mentali.*
- 14 *Vsura nunc magis, quam vnquam antea verbis execrata, vt verò magis quam vnquam opere exerceatur palliata.*

**Q**uinto noto ex mente huius capituli, quod aliud est vsura, aliud peccatum vsurę. Peccatum enim vsurę est ipse appetitus, vel acceptio lucri illiciti ex mutuo, siue propositum accipiendi illud, quod in hac materia, vt prædictum est, appellatur vsura. Vsura vero est ipsum lucrum illicitum quod appetitur, vel accipitur. Et quamuis à multis diuersis modis iuxta præfatam significationem definiatur, apertius tamen, & accommodatius verbis huius capituli, & aliorum multorum huius causę, & aliorum de vsuris, & glossarum, & DD. tã Theologorum, quam Canonistarum, Goffredi, Hosti. & aliorum s. definiti potest sic:

*Vsura est lucrū pecunia estimabile suapte natura, principaliter vt mutui veri, vel palliati quæsitum, vel speratum. Dixi, lucrū, pro genere: Dixi, pecunia estimabile suapte natura, ad differentiam lucri non estimabilis suapte natura pecunia. Tū ad includendum beneficium Ecclesiasticū, quod licet non sit iure pecunia estimabile, est tamē sua natura tale, vt mox diceretur. Tū ad excludendū lu-*

e questionis  
2. 3. & 4. & c.  
quantam, e.  
in hoc e.  
quid dicam  
ead. caus. & c.  
confutur.  
In summis,  
& in lib. 4.  
f. ten. dist.  
24. & in ru-  
bricis de v-  
suris.

crusa



erum rei spiritualis, meriti, & gratiæ, quod mutuās in statu gra-  
 tiæ quando, & quomodo, & cur oportet, querit apud Deum,  
 iuxta illud b: *Beatus vir qui miseretur, & cōmodat, siue mutuat.* Et il-  
 lud Euangelij: *Centuplam accipietis, &c.* Quod proprie non est y-  
 sura, licet aliquādo metaphoricōs sic dicatur, vt ait d. S. Thom.  
 recep. e Quale est secundo omne lucrum quasi spirituale, vel si-  
 mile spirituali virtutis, & amicitie, quod mutuando quæritur:  
 & non est usura, quia suapte natura non est pecunia estimabi-  
 le, licet multi pluris æstimant amicitiam, quam mutuando  
 quærent, quam pecuniam, quam ab usurario quærent pro-  
 pter similes pecuniæ mutuum. Dixi, *si mutui,* ad differen-  
 tiam eius quod ratione veri interesse luci cessantis, vel dam-  
 ni emergentis accipitur: quia illud non est usura. Dixi, *veri vel*  
*palliatu,* ad includendum lucrum quod de mutuo palliato que-  
 ritur.

7 Sexto nota ex illis verbis, *in hoc improbandus,* quod lucrum v-  
 suræ est illicitum, & eius appetitus suo genere peccatum mor-  
 tale: adeo vtrōque asserere sit hæresis: & vetitum nō so-  
 lū iure humano, sed etiam naturali, & diuino, veteris, & noui  
 testamenti. Tū quia id sensit Conc. Lateranense, & Alex. III. h  
 Quidquid Alex. Imol. i & alij citati ab eo dicant. Tum quia pro-  
 hibetur septimo præcepto Decalogi, *Non furtū facias,* q̄ quo  
 omnis rei alienæ illicita usurpatio, qualis est usura, prohibetur.  
 Tum quia iustitiæ naturali aduersatur, quatenus capitur vt fru-  
 ctus rei quæ non est capientis ratione dominij directi, nec vtilis,  
 nec vsus fructus, neque vsus, neque alterius iuris, vel seruitutis.  
 Nā usurarius quærit illud ex re mutuata, quā mutuo dedit, qua  
 permutuū desinit esse omnino mutuatis, & fit omnino alterius.

8 Tum quia in multis locis veteris testamenti n̄ specialiter est  
 prohibita. Et cum illa prohibitio non esset ceremonialis, ne-  
 que iudicialis, sed moralis, etiam in nouo permanet o, & colli-  
 gitur ex Thom. p Tum quia etiam in Euāgelio a per illud: *Mu-  
 tuum date nihil inde sperantes,* specialiter prohibita est, vt præstatū  
 Concil. Lateranense, & præfatus. Alexand. III. significauerunt,  
 quatenus aiunt eam vtriusque testamenti pagina damnari: &  
 satis constat eos non intellexisse de generali damnatione septi-  
 mi præcepti, *Non furtum facies.* Tum quia Papa Vrbanius id affir-  
 mauit b, allegando illud Luc. cap. 6. *Mutum date nihil inde spe-  
 rantes.* Tum quia non obstat quod Carol. Molin. impius de  
 commercijs c, & Sor. pius d, dicant præfatum illud Lucæ: *Mutum*  
*date nihil inde sperantes,* (quod Vrbanius ad id adduxit,) id non  
 probat e, dicentes, quod solum consuluit, & non præcipit sine  
 usura mutuar. Primo quidem, quod quamuis prior pars eius,  
 scilicet, *Mutum date,* communiter contineat cōsiliū: poste-  
 rior vero, scilicet, *Nihil inde sperantes,* semper contineat præce-  
 ptum, ne qui mutuat aliquid amplius expectet, vt prædictum  
 Concil. & Alexand. III. sanxerunt, & Vrbanius expressit, & S.  
 Thom. ita declarauit.

b Psal. 111.  
 c Math. 19.  
 d Luc. 19.  
 e In 2. 2. q. 78.  
 f In 1. ad 2. q. 1.  
 g Clem. 1. de  
 v. iuris.  
 h In c. quis  
 in omnibus  
 de v. iuris.  
 i Alex. 3. in  
 c. super eod.  
 eod. tit.  
 k In c. consil.  
 2. tit. 2.  
 l Exod. 20.  
 m Capit. poe-  
 nal. 14. q. 5.  
 n l. 2. par. 1.  
 o appellata, ff.  
 de reb. credit.  
 p In iuris. qui-  
 bus mod. res  
 contrahend.  
 obligat. in  
 princip.  
 q Deut. 13.  
 r Ezech. 18. &  
 Psal. 43. & 71.  
 s o par. fin. de  
 6. vbi glo.  
 notab.  
 t p 1. 2. quest.  
 94. art. 5. ad  
 iuncta qu.  
 100. art. 1. &  
 103. art. 3. &  
 104. art. 3.  
 u l. c. 6.  
 vbi supra.  
 w In d. c. c. 6.  
 x soluit. eod.  
 tit.  
 y Num. 11.  
 z d lib. 6. q. 1.  
 aa de iur. iur.  
 ab e 2. 2. q. 78.  
 ac art. 1. ad 4.  
 ad in prima res  
 sponcione.

m est id quod  
 s dicit Scot. e  
 libili, immo  
 pellatur piū,  
 teriacet me-  
 anni iustum  
 ita quod vn-  
 & quodlibet  
 atorū qua-  
 li d.  
 amicitia, & c.  
 e, etiam men-  
 flor, & 11.  
 ali.  
 crata, vt vero  
 iud est usura,  
 are est ipse ap-  
 ropositum ac-  
 m est, appel-  
 quod appe-  
 is modis iuxta  
 amē, & ac-  
 multorum hu-  
 DD. tā Theo-  
 aliorum f, de-  
 cipaliter vi mu-  
 , pro genere  
 m lucri non a-  
 endum benefi-  
 ia estimabile,  
 excludendū lu-  
 cius



*Secundo*, quod alioqui dicendum esset Papam Urbanum errasse, aut certe incogitanter respondisse adducendo illud Lucæ. Et consequenter, Gregorium nonum dormitasse reponendo eius responsum in Decretalibus 9. libro adeo authentico, & D. Tho. angelico intellectu donatum torpuisse declarando, ut prædictum est, præfatum elogium Lucæ. Nam Urbanus non solum asserit quod colligitur, sed etiam quod aperte colligitur ex illo Luc. peccare eum, qui ad usuram mutuat, & non solum peccare qui mutuat cū pacto de soluenda usura, sed etiam qui mutuat absque pacto cum sola intentione accipiendi aliquid amplius. Et quod is non solum peccat, sed etiam tenetur ad restituendū illud plus acceptum. *Tertio*, quod aliud Cōcilium recentius Lateranense in bulla, quam approbante Concilio Leo. X. tulit super approbatione montium pietatis, expresse ait, illud Luc. continere apertum præceptum usuram prohibens.

*Quarto*, quod nisi auctoritas illa sic intelligeretur, posset quis tueri non esse peccatum mutuare cum tali intentione, sine pacto expresso, aut tacito: sicut non est simonia renuntiare beneficium cum principali intentione ut suo nepoti detur, cui, nisi crederet illi collatum iri, non renuntiaret, modo non adsit pactum expressum, aut tacitū: quod etiam Sylu. & alij dixerūt: & tradimus latius in Manual. Confess. c. 23. num. 107. Quod autem id sequeretur, ex eo colligitur, quod nullo alio loco iuris diuini videtur probari, quod sola spe sine pacto admittatur usura, saltem restituenda. Quod autem hoc non sit tenendum, constat ex omni Catholicorum sententia expressa, vel tacita.

*10 Quinto*, quia nisi illud Lucæ intelligeretur ita ut ab Urbano declaratur, aliqui tenerent, quod licet quis peccet cum tali intentione mutuando, ad restituendum tamen acceptum nō teneretur, ut parum quidem pudenter, & nimium pertinaciter prædictus Carolus Molinæ ausus fuit tenere, existimans se prædicta responsione definitionem dicti Urbani in d. c. *consultuit*, eneruare, citans in id aliquos, qui aut id non dicunt, aut facile in nostram sententiam exponi possunt: Tam periculosum est incipere mutare per nostras præcoces imaginationes id quod sanctissima Sedes Apostolica matura deliberatione constituit. Quare suscipientes, & reuerentes præfata duo Concilia, & præfatos duos Pontifices Maximos, concludimus, usuram esse prohibitam specialiter iure diuino Euangelico, non solum admissam cum pacto expresso, aut tacito recipiendi aliquid amplius, sed etiam sine vilo pacto, cum spe & intentione principali aliquid amplius accipiendi: quod huius cap. contextus duobus locis sensit, in quibus verbū, *expectes*, ponitur: siue asseramus leges Romanas ciuiles vetare usuras saltē implicite, ut cōmunis opinio asserit, iuxta late tradita à Io. Andr. c. à Panor & alijs: siue asseramus eas permittere cum moderamine.

*11* Quare non video quomodo ab heresi, aut eius suspicione excusari possit Carol. Molinæ sibi: *Fremāt omnes licet, ego solius veritatis*, &c. qui cū magna laude impij Philippi Melanct. & ma-

g Sess. 10. in  
bulla.

in l. i. glof  
fing. ca. ordi  
nationes, 11.  
q. 1. Panor. in  
cap. dilecto,  
de præben.  
Felin. ad 2. u  
diensiam, 2.  
col. 4. de re  
scrip. Anto.  
2. part. tit. 1.  
c. 5. parag. 11.

b Molinæ.  
ubi supra,  
nu. 7. & 11.

e In Mercen  
ria, regul.  
peccatum de  
reg. iur. l. 6.  
d In c. cum  
sit generale  
de foro com.  
pet.  
e l. eos, C. de  
usur.  
f Vbi supra  
z num. 7. nu.  
1. & nu. 3.

iori cu  
dicij c  
ratas,  
stante  
que n  
credin  
impi  
nota  
12 36  
debito  
diuidi  
pacto  
ra que  
inrent  
Vnde  
ration  
lia. Ali  
luntat  
tale, d  
& fur  
vero &  
usura  
volunt  
capitu  
qua m  
infertu  
talis. V  
peccat  
piendi  
icut o  
meta  
pere, &  
opere  
quod  
tale &  
13 Sci  
tumui  
ligare,  
menta  
tentio  
licet si  
comm  
fess. sen  
tinitat  
Ex q  
tali, an  
usura:  
aliud p



iori cum grauissimorum auctorum irreuerētia, & nimia sui iudicij confidentia ausus fuit affirmare licitas esse vsuras moderatas, per illam *le. eos*, hoc textū, & toto iure canonico non obstante. \* Cuius impudentie, & erroris damnatores proditoresque nos fuisse primos in celeberrimis Hispaniarum academijs credimus, & gaudemus. Quamuis, quia nondum erat tunc eius impietas adeo manifesta, modestius quam ipse merebatur, eū notauerimus.\*

12 *Septimo* noto ex illo verbo *expectes* bis iterato, adiunētis c. *debitores de iureiurād. & ca. fina. de vsur. & alijs multis*, vsuram diuidi in vsuram realem, & mentalem. Realis, est vsura quæ ex pacto tacito, aut expresso recipitur. Vsurā vero mentalis, est vsura quæ accipitur sine pacto expresso, vel tacito ex mutuo facto intentione principali recipiendi eam, iuxta mentē omnium *a*. Vnde sequitur, vsuram mentalem non dici mentalem ob eadem rationem, quā alia peccata mentalia cōmuniter dicuntur mentalia. Alia enim dicuntur mentalia, eo quod sint actus interioris voluntatis, sine verbo, & opere consecuto: vt homicidium mentale, dicitur voluntas occidēdi mente, non consecuto opere *b*; & furtū mentale, voluntas furandi non secuto furto *c*. Mentale vero & reale dicitur, quando utrūque concurrit. Et cōsequēter vsura mentalis cōmuniter non appellatur mentalis, eo quod sit voluntas cōmittēdi vsuras sine opere consecuto, sed eo quod capitur sine pacto expresso, aut tacito, ex sola mētis intēione, qua mutuans mutuatur vt aliquid amplius sibi reddatur. Vnde infertur, quod aliud est peccatū vsurę mentale, & aliud vsura mentalis. Vsurā quippe mentalis est illa, quæ supra proxime definitur: peccatum autē mentale vsurę est voluntas exercēdi, vel recipiendi vsuras receptione nō secuta, neq; opere consecuto. Nam sicut omne illud peccatum quod opere perficitur, diuiditur in mentale tantū, quod est voluntas peccandi absque verbo, vel opere, & mentale & reale, quod est voluntas peccandi verbo, vel opere cōsecuto: ita & peccatū vsurę est duplex: mentale tantum, quod est voluntas quærēdi vsuram opere non secuto: & mentale & reale, quod est voluntas eā quærēdi opere subsecuto.

13 Sciendum autem est nullum peccatum vsurę mentale, quantumuis mentale sit illud, si nihil accipiatur, ad restitutionē obligare; & contra omnem vsuram receptam, quamuis solum sit mentalis, id est recepta sine pacto tacito, nec expresso, cum intentione principali recipiendi eam, obligare ad restituendum: licet simonia mentalis ad id non obliget, vt probamus in *d* Cap. *fin. de simon. 3. not.* commentario resolutorio *d*, quem recognoscendo Manual. Cōfess. sermone Hispano, vnā cum hoc composuimus, & nunc latinitate donatus suo loco ponitur.\*

Ex quo infertur, quod cū Doctores disputant de vsura mentali, an obliget ad restituendū, non querunt de peccato mentali vsurę: certum enim est illud non obligare, sicut nec vllam aliud peccatum mentale tantum, ad restitutionē: sed disputat,

*a* In ca. con-  
sultit, de v-  
sur. & ca. fin.  
de simo.

*b* Ca. pericu-  
loso, c. homi-  
cidiorum, c.  
noli de pec-  
di. r.  
*c* Cap. si pro-  
prietes, & c. si  
cui de pec. d. z



an usura mentalis, siue lucrum quaesitum ex mutuo sine pacto cum intentione principali ob illud factum obliget ad illud. Inferitur etiam, quod inuenitur & frequenter peccatum mentale tantum usurae mentalis. Quippe multi sunt qui volunt mutua- re mente, ac intentione principali recipiendi aliquid amplius sine vilo pacto, & tamen non mutuant. Per quod quidem appa- ret, quantum differat usura mentalis à peccato mentali usure, cum illa sit frequenter obiectum huius: quae plane hactenus, quod sciam, nullibi fuerunt sic declarata.

14 *Observatio nota ex hoc cap. & eius pessima obseruatione, mi- randum esse, quod cum totus orbis Christianus nunc magis quàm vnquam usuram damnet, & dicentem eam licere haereticum iu- dicet, maiores tamen, saltem palliatas, dissimulat, quàm lex ci- uilis olim permittebat e.* Maxima enim usurarum, quas illa lex permittit, est centesima, quae centum mensibus ipsam sortem exaequat. Quod diligenter & copiose ostendit Bart. Socin. s. cui concordat Budaeus g. & Alciat. h. & alij recentiores alibi. Ita quod fors pariat vnu in vnoquoque mense, & duodecim in anno, & eam non permittit nisi in pecunia traiecitia foris periculum in se suscipiendi: & aliis mercatoribus duas partes cen-tesimae cõce- dit hoc est octo pro centum in anno: & aliis hominibus vulgari- bus dimidiã centesimae, hoc est sex pro centum in anno: & no- bilibus tertiã partem, quae sunt quatuor pro centum. Nunc ta- men permittuntur saltẽ palliatæ tam grandes, vt interdum fors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis auidinis in alias: quae tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt: & ita centum parant triginta, & amplius in anno. Item antea ex usuris usure non capiebantur i. At nunc de cambiis recambia exiguntur. \* Ne- quo obstat quod multi respondent, non recipere se ista pro usuris, sed pro interesse, aut cambiis: quia non omnes, qui mu- tant nomen, rem ipsam mutant. Qua quidem de re in commẽ- tario resolutorio de cambiis super c. si. de usur. alcius tractamus: atque veritate coacti, addemus quaedam, quae facile terreant multos in cambiorum lucra infrenate intrepideq; anhelantes\*.

¶ Per l. eos, par. 1. C. de usur. ¶ In l. si hz- ret. par. 1. item ff. ad leg. falci. ¶ de offe. lib. 1. fol. 24. ¶ h. lib. 2. dif. p. nã. cap. 1.

¶ I. per nullo, C. de usur. & l. placuit, ff. eod.

#### SUMMARIUM.

- 15 *Usurae quae de finitio aptior.*
  - 16 *Usura etiam mortifera capere quidquam pro bono opere mutuandi, licet non capiatur pro usu rei mutuatae.*
  - 17 *Usura simoniaca mutuare ob beneficium.*
  - 18 *Usura vt inuenitur sine pacto, & voluntate paciscendi.*
  - 19 *Usura non est mutuare cum intentione minus principali lucri con- tra quosdam: mutuare autem cum intentione principali lucri sic, contra alios.*
  - 20 *Finis minus principalis esse potest id quod nequit esse principalis.*
- 15 **N**oto nono, quod non abs re diximus supra k, definitio- nem usure ibi datam clariorem, iuribusque aptiorem esse quam sint quaedam alia. Illa enim quam Ioannes Maior

¶ Not. g. n. 6.



Maior dedit a, scilicet, quod est *volitio seu voluntas accipiendi lu-  
crum vi mutui*, non est satis apta: quoniam non definit usuram, sed  
peccatū usurę, inter quę magnā esse differētiā prædiximus b.  
Illa item noua, quam post nos dedit præfatus celebris Doctor  
Sororus, quamque potuit decerpere ex quodā dicto S. Th. d. V.  
sura nēpe est pretiū vñs rei mutuatę: non videtur esse apta. Tū  
quia datur verbis in hac materia inulitatus, & rem ipsam obscu-  
rantibus: vocabulum enim *pretium* in hac materia parū vsitatū  
est. Tum quia sequeretur quod non esset usura mutuo tibi dare  
centum aureos, vt in fine anni red das mihi centum & decē, nō  
propter vsū eorum qui per mutuum facti sunt tui, sed pro-  
pter bonum mutuandi opus, quod meum est, quia nihil reddis  
pro pretio vsus rei mutuo datę, sed in præmium operis mei bo-  
ni. Quod tamen est contra mentem omnium post & ante S.  
Tho. e. Tum quod mutuarē ad obunēdum aliquod beneficium  
ecclesiasticum est dare ad vsuram, vt mox dicitur: beneficium  
tamen non est pretium, nec iure pretio estimabile, iuxta glo.  
celeb. f. ybi eam commendat Panor. & Ludou. g. licet suapte  
natura sit estimabile, vt infra dicitur. Et quāuis ad hoc respō-  
deri possit, sepe pretium pro præmio vsurpari, iuxta illud Te-  
rent. in Andr. *Ego ob stultitiam pretium fero*: replicari tamen potest,  
quod ratio, cui definitio illa nititur, cōcludit illud pro pretio v-  
sus assumi. Præterea noto, quod quamuis mutuarē cōmuniter  
sit consiliū, saltem quando extrema necessitas non adest, nihil  
tamē sperare principaliter vltra rē mutuatam præcepti est, quā-  
uis nō sit mortiferū, quādo quod speratur, exiguum est, quē ad-  
modum nec furtū rei exiguę non est nisi veniale, iuxta doctrinā  
S. Th. h. quā in Manual. i. & in Cōment. k. latius declaramus.  
17 Colligitur item mutuarē principaliter ob beneficiū Eccle-  
siasticū obtinendū, esse vsuram. Quia licet tale beneficium non  
sit iure pecunia estimabile, secundū glo. celeb. l. est tamē suapte  
natura tale, cū sit ius percipiendi fructus, & prouentus aliquos,  
secundum Calde. recep. m. latius declaratum à nobis in rubr. *de  
præbend.* Et ad hoc vt vsura cōmittatur sufficit vt accipiatur, vel  
speretur principaliter lucrum rei suapte natura pecunia estima-  
bilis, licet à commercio rerum æstimabilium à iure separetur.  
Quēadmodum etiam omnes res consecratę, licet dicantur iure  
inestimabiles, eo quod eas lex à commercio hominum remo-  
ueat n. suapte natura tamen sunt estimabiles: & qui mutuarē  
ob eas quęrendas, vsurarius esset. Neque plane obstat quod hoc  
peccatum sit simonia, argumento definitionis simonię, data à  
gloss. summę latius declarata per nos in Manual. Conf. o. Quia  
eo quod sit simonia non definit esse vsura: imo est vsura simo-  
niaca, vel simonia vsuraria: & consequenter erit re ipsa duplex  
peccatum, aut vnum cum circumstantia necessario consistenda,  
iuxta ea quę post alios diximus in prædicto Manual. c. 6.  
18 Colligitur etiam, peccatum vsurę reperiri posse sine pacto  
expresso, aut tacito accipiēdi aliquid vltra rē mutuatam, imo

a In 4. lib.  
sen. din. 252.  
q. 23. col. 1.  
b Supra n. 13  
c Lib. 6. q. 2.  
de iust. v. ius  
d 2. 2. q. 16.  
parag. 73. a. 2.  
e 2. 2. q. 78.  
art. 1.  
f. c. coram. de  
off. deleg.  
g Sing. 613.  
h 2. 2. q. 66.  
art. 6.  
i Ca. 17. n. 1.  
k Capitu. no.  
14. q. 4.  
l d. c. coram.  
m recep. iu.  
e. in nostra  
de rescrip.  
n l. inter si-  
pulantem,  
parag. 10.  
sacram. n. de  
verb. oblig.  
parag. 10.  
sacra. in fin.  
de rerum di-  
uis.  
o 1. q. 1. la-  
tius declara-  
ta per nos in  
Manual.  
conf. 21.  
sum. 99.

ine pacto  
illud. In-  
mentale  
nt mutua-  
d amplius  
dem appa-  
tali vsurę,  
hactenus,  
ione, mi-  
magis quā  
reticū iu-  
am lex ci-  
as illa lex  
m sortem  
ocin. f. cui  
alibi. Ita  
n in anno,  
ericulū in  
imā cōces-  
s vulgari-  
no: & no-  
Nunc ta-  
rdum fors  
is in alias:  
a centum  
suris vsurę  
itur. \* Ne-  
se ista pro-  
s, qui mu-  
a commē-  
ctamus:  
e terreant  
abelātes\*.  
e mutuandi,  
li lucri con-  
ali lucri sic,  
principalia  
definitio-  
aptiorem  
Ioannes  
Maiores



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



& sine vlla voluntate paciscendi, mutuando scilicet cum sola intentione principali recipiendi ob id aliquid vltra rem mutuata, per predicta, quod inducit etiam obligationem restituendi, vt Papa Urbanus declarauit a, cuius quidem sancta declaracionem non fuit veneratus, vt debuit immodestus Carol. Molina. b

a In d. c. co. fuluit, de v. iur.  
b De. omer. cl. nu. 11.

19 Decimo noto ex textu, & predictis, vsuram requirere pactum expressum, aut tacitum, aut intentionem principalem lucra diuina ex mutuo. Nam minus principalis, & secundaria intentio lucrandi non sufficit ad constituendam vsuram: licet noue renuerit oppositum Domin. Sot. e dicens vtramque intentionem vsuram constituere, quod minus bene dictum est, Primo quidem, quod contrarium tenent gloss. & Inno. d. ab omnibus fere Theolog. & Canonist. recep. distinguuntibus inter intentionem principalem, siue primariam, & minus principalem, siue secundariam, excepto

c Lib. 6. q. 1. de iust. & iur. d. in d. c. con. fuluit, de vsur.

e Vbi supra.

f Thom. 2. q. 3. de vsuris.

Molina e, qui alterum extremum amplexus, ait, neutram, nec principalem, nec minus principalem obligationem restituendi vsuram sine pacto inducere. Secundo, quod Caiet. f. (cuius quandam sententiam per eam suum dictum firmando Sot. laudat) statim in questione sequenti, que quarta est, expresse id quod gl. & comunis, tenet: immo, & in illa ipsa qu. 3. vbi ponit sententiam, qua se iuuat Sotus, concordat comuni in illis verbis: *Oculus sinister, seu spes secundaria, potest dirigi circa aliquam remunerationem, quin & si satis perpendatur, significat nunquam de hoc.* Tho. dubitasse. Tertio, quod id satis probant ca. si officia 59. dif. & c. quid prodest, 6. d. cum suis gloss. per que comunis id affirmat, quatenus significant id quod eorum gloss. expresse habent, scilicet licere seruire Ecclesie, & Praelato cum spe minus principali, siue secundaria obtinendi aliquod beneficium, licet non cum principali, & primaria.

20 Quarto, quod quam plurima sunt, que quauis non possint esse fines principales, & primarij operis; possunt tamen esse minus principales & secundarij: verbi gratia, non licet dicere missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas; minus tamen principaliter sic, iuxta gloss. sing. g. Non licet item amare Deum principaliter propter aliud: quia est vltimus finis, & ideo propter seipsum tantum amabilis, vt post Th. diximus alibi i. Nec consequenter licet ei seruire principaliter propter aliud: quia id esset facere de vltimo fine mediū. Licet tamen amare Deum minus principaliter propter aliud, vt seruire illi minus principaliter propter remunerationem, iuxta illud h. *Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem.* A deo quod Conc. Trid. l. anathematizat eum, qui dixerit peccare iustum, qui Deo intuitu premij seruit: quoniam tam merces temporaria, quam eterna assumi potest in finem minus principalem, & secundarium, modo in principalem, & primarium, vltimumque finem praefiguratur ipse Deus, solus dignissimus qui suo ipsius solius intuitu ametur, & colatur. Quinto, quod palchra, & firme sulta conclusio Adriani m. (quem sequimur) habet omnem actum cuiuscumque virtutis, cu-

g Recept. c. 1. de cleric. non resid. lib. 6. h 2. 2. q. 17. art. 1. i In c. cu. m. nster, 23. q. 5. cum 4.

k Psal. 118. l Sess. 6. c. 31.

m Quolibeto 2. d. 4. in repetitione. cetera verba coucl. 5. nu. 22. & 31.

ius tott  
rariū, e  
esse col  
bonum  
ris, vict  
quos m  
lum. n  
re debi  
rale, &  
Vnde i  
quam  
sperare  
  
21 V  
22 V  
23 S  
24 V  
25 S  
  
21 V  
noscer  
cipale  
de mu  
netur  
vt rite  
licitur  
paran  
gratia  
aliquo  
tia: vt  
& Sot  
quod  
posse  
22 E  
liquo  
quid g  
23 Co  
aliqui  
no de  
reddē  
nec et  
ret, si  
micit  
quia n  
n° pri  
nis sit



ius totus finis, aut partialis principalis est bonū aliquod tēporariū, esse vitiosum, & nuper id probauimus n. Et patet, paucos esse collationem aliorum, qui ex suis honestis actionibus aliquod bonum temporarium honoris, fame, glorie, salutis, rei familiaris, victus sui, aut aliorum, in minus principalem nō præstuar: quos nemo Catholicorum peccare dicit. Noto etiā, quod nihil, nec principale, nec minus principale lucrum, tanquam iure debitum ex mutuo expectari potest, sed sic tanquam antidotale, & remuneratorium, de graua, & non de iustitia debitum. Vnde & cum communi asserimus, quod tam principaliter, quam secundo, lucrum amicitie, & gratitudinis ex mutuo sperare possumus,

SYMMARIUM.

- 21 *Vsura mentalis vt desinit esse vsura.*
- 22 *Vsura non est lucrum ex amicitia principaliter speratum.*
- 23 *Spes principalis non omnis illa sine qua non mutaretur.*
- 24 *Vsura est acceptum sine libera dantis voluntate.*
- 25 *Sed non receptum pro solutione debiti, aut pro labore numerandi, aut mittendi.*

**V**nde nota ex prædictis, quod qui posteaquam principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, talem intentionem mutat in intentionem minus principalem accipiendi, & postea gratis datum accipit, peccat quidem mutuando, sed non peccat accipiendo, neque acceptum tenetur restituere, quia nō recipit principaliter eo quod mutuat, vt rite dicit Richard. a quem sequitur Ange. b adijciendo quod licitum est mutuare etiam principaliter, sicut dictum est, ad comparandum amicitiam, & gratiam mutuatarij: quia huiusmodi gratia nō est sua natura pecunia æstimabilis, etiam expectando aliquod lucrum pecunia æstimabile principaliter ex illa amicitia: vt docet Th. & pulchre declarat Caiet. ibid. in opusculis d, & Soto. e Qua quidē conclusione, & alijs præcedentibus, scio quosdam frequēter consolatos esse, & alios quotidie consolari posse, ideoque omnia esse memoranda maxime Confessariis.

- 22 *Ex quibus colligitur, non esse peccatum expectare lucrum aliquod ex mutuo mediante amicitia, & gratitudine tanquam quid gratuitum ex libera eius, qui recipit voluntate, prouentum.*
- 23 *Colligitur itē, quod nō est vsurarius, qui mutuat cū spe, quod aliquid plus sibi reddetur quā dedit, si eo animo id faciat, quod nō desineret id facere, quāuis nihilo plus, quam mutauit, sibi reddēdū foret, cū talis spes secundaria sit, & nō principalis. Sed nec etiā, qui cū talispe lucra mutuatur, quod sine illa nō mutaret, si modo finis principalis mutuandi nō esset illa spes, sed amicitia, vel amor Dei, vel virtus, & lucrū, minus principalis. Tū quia merces tā tēporaria, quā æterna, assumi potest in finē minus principalē, tā amoris, quā obsequij Dei. Tū quia, vt aliquis finis sit principalis actus, nō sufficit vt sit causa sine qua nō fieret actus*

n In e. cum  
minister. 23.  
q. 5. num. 39.  
q. 5. num. 39.

a In 4. dist.  
15. et 1. 5.  
b Verb. vsura,  
2. 1. parag. 4.  
adijciendo in  
parag. 2.  
c Thom. 2. 2.  
q. 8. a. 2. ad 3.  
d Ibid. com.  
3. q. 5. & 4. de  
vsur.  
e lib. 6. q. 1.  
ar. 2. de iust.  
& iur.



f. d. e. cum  
minister.

actus: sed oportet quod pluris, vel tanti estimetur, ac alius finis, propter quē ille fit: vt late probamus alibi f. & rāgitur supra nu. 20. Exemplo sint illi, qui principaliter celebrant, aut ad diuina officia vadunt propter Deum, & minus principaliter propter pitantias, vt vulgo dicunt, & distributiones, sine quarum tamē lucrandarum sp̄s secundaria non celebrarent, vel non irent.

24. Nec etiam peccat mutuans, qui non mutuat principaliter ob lucrum, accipiendo à mutuatario aliquid bona fide, existimans id sibi amāter, & gratis ab eo dari; licet mutuatarius id nō sibi det tam ob gratitudinem, quam ob timorem, ne, nisi det, pecunia à se reperatur, vel sibi alia vice mutuū denegetur: quāuis si postea id resciret, teneretur ad restitutionē illius, vt recte ait S. Anto. g. & consonat ei id, quod ait Sylu. h. & Caiet. i. Contra vero, si dum sibi dabitur, existimabat non dari libera voluntate, sed coacta, peccaret accipiendo, etiam si à principio sola charitate mutuasset, vt ait Laurentius, & Sylue. k. Si quis autem roget quomodo mutuans scire potest, an mutuatarius libera voluntate, an coacta moueatur ad dādū illud plus: Respondeo, quod ex qualitate rei datae in lucrum, & ex iactura, vel lucro quod mutuatarius fecit, & ex conditione naturali, & virtute liberalitatis mutuatarij, probus poenitens, & prudens confessarius id conijcere potest: animus enim ex coniecturis cōiicitur.

25. Colligitur etiam, quod qui debitor suo, à quo debitum recuperare commode non potest, mutuat pecuniam, vt sibi hac via alterum tantum, quantum ei debet, refundat, nō peccat, nihil quippe ab eo accipit ob mutuū principaliter, sed vt sibi debitum recuperet, vt ait Maior m. Adijcimus tamen, cauendum esse debitori, per chirographum, vel alium modum, per quem de solutione constet: ne postea ipse, vel eius heredes iterum illud petant, vel accipiant sponte solutum, per ea quae diximus in simili in Manual. Confess. n. Neque etiam peccat, qui accipit aliquid in iustam mercedem laboris numerandi magnā summam à se, vel à suis familiaribus suscepti: quia non vi mutui, sed ob laborem numerandi accipit: neque qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe absentī, vt inquit Maior o.

g. 2. par. tit. 1.  
c. 7. par. 6.  
h. Verb. vsu-  
ra, 6. q. 3. & 4.  
l. 2. q. 78. a. 1.  
& Laur. in c.  
salubriter, de  
vsu. & Sylu.  
vbi supra.  
l. 4. cum qui  
de renunt. l.  
6. l. dolum, c.  
de dolo, & ca.  
et si quæstio-  
nes, de simo.

m. Maior in  
4. dist. 15. q.  
29. in princ.

n. c. 17. n. 123.

o. Vbi supra.

#### SUMMARY.

26. *Vsura est quidquid amplius accipitur ob solutionis dilationem, aut datur minus ob anticipationem, in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis.*
27. *Redituum venditores, & emptores in auctioribus, qui multum videntur peccare.*
28. *Fortuitorum casuum renuntiatio minuere deberet redituum pretium, quod apud paucos facit.*
29. *Carolus V. Imperator, & Rex Philip. secundus, & eorum consiliarij laude ob hoc dignissimi.*

Nota



26 **N**Oto duodecimo, quod ex eodē textu, & prædictis colligitur, eum, qui emit, aut conducit aliquid minoris iusto pretio infimo, ob anticipatam solutionem, committere usuram, & è contrario, eum, qui vendit, aut locat maioris iusto pretio summo, siue rigoroso, ob dilatā solutionē. Quia omnes prædicti accipiunt, aut volunt accipere aliquod lucrum pecunia æstimabile ultra sortem, principaliter ratione mutui palliati, & occulti: & ita tota definitio vsuræ posita supra conuenit huic lucro, vt & ipsis tota definitio vsurariorum. \* Idē eadem ratione <sup>Num. 6.</sup> est dicendum de omnibus, qui per permutationem, vel quēcūque alium contractum innominatum, do, vt des, facio, vt facias &c. de quibus in l. naturalis a, volunt recipere, vel recipiunt aliquid maioris valoris, eo quod dederint, vel dent aliud minoris valoris aliquanto tēpore antequā recipiant rem maioris valoris. Et consequenter, qui in hyeme dant mercenarijs ante tēpora messis, vel putationis, vel fossionis vinearum aliqua, quæ nō sunt tanti valoris quanti operę, quę promittuntur præstādā in illis, vsuram committunt: sicut è contrario omnes mercenarij, qui carius suas operas præstant tempore, quo illę sunt præstādę, eo quod solutio mercedis in hyemem sequentem est faciendā. Quod non videntur satis animaduertēre, qui militibus egen- tibus pannum, & vestes, corium, & calceos, immo, & aliquando panem, & vinum, & carnes maioris iusto pretio maximo, siue rigoroso vendunt (eo quod solutio differtur in tempus, quo eis stipendia sunt soluenda) quam venderent præsentī pecunia. Neque è contrario satis hoc perpendunt milites, qui præsentī pecunia emūt omnia prædicta minoris iusto pretio infimo, vel pio, eo quod longē postea sint ea recepturi. \*

Colligitur item quod obnixē rogandus est Deus, vt de more pius inspiret verā pœnitentiā cum voluntate restituendi cōiunctā plurimis emptoribus, siue cōductoribus, qui redditum episcopatum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, præsertim summorum Magistratum illorum Hispaniæ ordinum militarium, & commendarum eorundem, Dominatum, item ciuitatum, oppidorum, & vestigialium, & censuum regalium, & aliorum publicorum, vel priuatorum emunt, siue conducunt à necessitate oppressis multo minori iusto pretio infimo, ob solutionem anticipatā vnus anni, & minori ob duorum, & adhuc minori ob trium. Orandus item, vt idem inspiret his, qui è contrario vendunt, vel locant species, cinamomum, piper, & crocum, pannum, sericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia similia: boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora his, qui eis indigent, ad se sustentandum, vel ad quęrendum præsentem numeratam pecuniam, reuendēdo prorsus ea minoris iusto pretio: Vendunt, inquam, vel locant maioris iusto pretio summo, vel rigoroso, propter dilatam solutionem. Colligitur etiam orandum esse Deum, vt parcat hominibus illis ecclesiasticis, & secularibus, præsertim prædiuitibus, qui agros suos locant colonis suis plus iusto pretio summo, vel rigoroso, eo quod

a ff. de per  
scrip. verb.



ampliāt terminum solutionis sibi debitorū, vel mutuāt à principio triticum ad serendum, & victū, vel pecunias ad emenda quēdā alia in agrorum culturam necessaria, data eis ad soluendū dilatione longa. Quibus quidē actibus eos adeo fatigāt, vt cogātur miserius viuere, quā si essent veri serui, & vera mācipia.

28 Orandus item, vt etiam parcat illis, qui redditus suos quam maximo possunt pretio locant, in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs incrementorum, (quę Hispani vocant *Puias*) & dilationibus solutionum, & adigentes conductores facere renuntiationes iurium casuum fortuitorum maiores, & rigidiores, quam ante nostram ætatem Hispania viderit, nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur, superet iustum, an non, neque quod diminuit pretium iustum adiectio earum renuntiationum, cum prouentus illi minoris valeant cum onere præfatarum renuntiationum, quam sine illo: nulla item habita ratione, quod huiusmodi prouentus non tanti valent illi, qui eos Christiane colligit, & iuste vendit, quam illi, qui per fas, & nefas, quo iure, quamue iniuria eos colligit, & exigit, & postea vendit eosdem multis mendacijs, & simulationibus adhibitis, longisque dilationibus ad soluendum concessis, illisque durantibus frequenter vtendo gratis debitorum hospitij, & non pauca munuscula coactapertius quam libera voluntate sibi oblata suscipiendo, pauperum sanguinem tanquam sanguisugę insensiliter exsugendo.

29 Noto tertiodecimo ex textu, & predictis colligi, mille bonas preces, siue benedictiones deberi Cæsarej Maiest. Caroli V. Imperatoris, & Regię Catholice eius filij Regis Philippi secundi dominorum nostrorum, ipsorumque proceribus, ob illam pragmaticam sanctionem, qua sanxerunt, ne quis emat, aut conducat redditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel alijs granis, ex quibus conficitur panis: quę non parua salus fuit suis regnis, nec paruum frenum multis vsuris palliatis, saltem paruis, quę in tenuiorum oppressiones exercebantur.

## S V M M A R I V M.

- 30 *Vsura non est semper lucrum societatis salua sorte remanente, & quo modo id fieri potest per tres contractus, &c.*
- 31 *Intellectus nouus c. per vestras, de donat. inter virum, & uxorem.*
- 32 *Usurariam non esse consuetudinem immemoriam recipiendi quatuor pro centum salua sorte, qua ratione defendi videtur.*
- 33 *Consuetudo immemoralis habet vim constituti.*
- 34 *Mutuū non facit sola securitas pecunie data.*
- 35 *Dominium rei non facit transire in alium sola periculi receptio.*
- 36 *Dominus non omnis de suo vt libet disponit.*
- 37 *Obligatio debitoris non tollitur securitate adiecta.*



**N**oto decimoquarto, quod ex tex. & predictis colligitur, magne questionis esse, an aliqui possint inter se societate ita contrahere, ut alter, salva sorte principali, aliquid, ultra illam sine usura capiat. Cui respondimus affirmatiue in Manual. Conf. & quod ipsum Vlyssipone antea consulueramus, monstrando in primis quendam modum ad id Maiestati Regiæ, à quibusdam iuris doctoribus oblatum, non fuisse vllatenus admittendum. Quæ modum collegimus à Io. Maio. b. Sylu. & ex Ca. ietan. c. Qui tamen mercatoribus parum placuit, eo quod parum lucri sibi allaturus visus fuit, quâuis pro sua in religionem Christianam obseruantia ab alio abstinuissent. Modus autem præfatus, quæ ipse Regiæ Maiestati obtuli, consistit in faciendo tres contractus, quorum primus sit societatis, quo alter conferat pecuniã, & alter operã & industriam ad commune lucrum, & damnum. *Secundus*, quo qui operam & industriam confert, assuret alteri sortem principalem, iusto in id pretio sibi ab eo constituto, aut altero tanto ex lucro remisso. *Tertius*, ut ad tollendas molestias, & suspiciones malas rationum reddendarum, de lucris, & damnis earundem conueniant, ut qui sortem assuret, etiam assuret alteri lucrum certum, pro incerto, iusto etiam in id pretio constituto, aut altero tanto ex lucro remisso. Quem (inquam) modum dicimus esse licitum, cessante omni fraude usuraria, & simulatione, & infamie periculo. Cuius iustitia efficaciter probatur, eo quod omnes fatentur, hos tres contractus iuste cum tribus diuersis hominibus fieri posse, & quod nullo textu, nec vlla ratione probari potest, cur cum vno, & eodem fieri non possint, cessante omni fraude, & usuraria, & dolosa simulatione, ita quod lucrum illud certum, quod pro dubio, sed verisimili assuretur, speretur ex iusta negotiatione societatis, & non alia illicita. Ad idem præterea in dicto Manual. Conf. d. secuti præfatum, Ioan. Maior. e. predictos tres contractus vno, & eodem tempore ita fieri posse, ac tribus diuersis, cum eadem ratio id persuadeat modo, ut diximus, fiant cessante omni fraude usuraria, & inuisa simulatione. Addimus item, quod qua ratione fieri potest per tres contractus formales, & expressos, ita fieri potest per tres tacitos, & æquivalentes, quia regulariter eadem est virtus taciti, quæ expressi, & duorum æquipollentium g.

Post hæc scripta, cum præfatum Manual. Conf. latinitate donaremus, posuimus exemplum faciendi hoc per contractus tacitos, & æquipollentes, cum summa probatione, quas olim Vlyssiponæ adduxeramus, nempe: Si quis negotiator publice protestaretur, se paratum ad accipiendam pecuniam à quocumque, volente illi conferre illam in societate, cum pacto de assurance fortis ad rationem 4. pro centum, & lucrum certi quatuor pro duodecim incerti lucrum, ita quod ex lucro incerto verisimiliduo decim, ex centum accipiat quatuor pro assurance fortis, & quatuor pro certificando lucro 12. & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor: & postea alius sciens hanc protestationem,

a c. 17. n. 258

b In 4. dia. 15. q. 49. Syl. in verbo locietas, qu. 2. c in lib. 17. respon. resp. 11. quæ nunc habetur in opusculis suis tomo 1. tract. 31. respon. 11.

d Cap. 17. num. 255. e Vbi supra. f Argument. 1. illud, ad l. A qui.

g l. c. qui ff. de reb. cred. & c. 2. de reser. & duorum æquipollent. l. in ff. man.

mutuât à prin-  
as ad emenda  
eis ad soluen-  
eo fatigât, vt  
vera macipia,  
s suos quam  
plicitis allicien-  
is incremêto-  
olutionum, &  
um casuum  
nostram gra-  
tium, quod  
od diminuit  
um prouen-  
renuntiatio-  
od huiusmo-  
ne colligit, &  
e, quamue  
dem multis  
dilationibus  
enter vtendo  
la coactapo-  
pauperum  
gendo.  
mille bonas  
aieft. Caroli  
Philippi se-  
bus, ob il-  
nis emat, aut  
el alijs gra-  
fuit suis re-  
tem paruis,  
  
anente, &  
vxo rem.  
endi quatuor  
  
ceptio.  
  
30 Noto



nem, confert ei centum, dicens: Ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate fortis, & redemptione lucri incerti iuxta protestationem tuam.

g De donat.  
inter virum  
& uxorem.

31 Pro quo præter prædicta virget ea. *per vestras* g. sic noue indutum. Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honesti onera matrimonij sustentet, & ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur: siquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri, & ita videtur noluisse, vt ad lucrum, & damnum mercatoris traderetur, quod erat eam periculo obijcere. Voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera sustentanda: at hæc duo fieri non possunt sine asscuratione capitalis, & sine redemptione lucri incerti pro certo: ergo Papa tacite voluit illa fieri. Virget item, quod in multis Gallie partibus, quâdo in ea prælegebamus, audiuius, & nunc audimus in aliquot Italiae partibus, & montibus idem seruari, quod ecclesie, & vidue, & pupilli more immemoriali antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor scuta secura pro centum in suam sustentationem lucriarentur.

h Cap. super  
eodem de  
viuris.

32 Quæ plane consuetudo defendi nullo modo potest per intellectum quem Ioan. Andr. & nonnulli alij in d. c. *per tuas*, assignant, scilicet, quod in fauorem ecclesiarum, viduarum, & pupillorum cû illo lucro mutuari poterat: quia esset usura, quæ neque etiam ad redimendos captiuos admitti potest. Virget ite quod nullo alio modo defendi potest, quâ dicendo, quod exordium cepit ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate, & redemptione prædictis, & continuata fuit vsque ad illud tempus. Ad quod conijciendum virget etiam, quod vix tertiam partem lucri dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire posset, accipiebant, & accipiunt. Nã verisimile lucrum centum ad minus erat 12. vel 15. & nõ recipiebant nisi quatuor pro centum, quod significat, illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. \* Virget etiã, quod consuetudo immemorialis habet vim constituti: & per eã probatur titulus, vel priuilegiũ, quod allegatur pro eo. Et quod prædicta consuetudo erat immemorialis, vt potest allegari, quod habuit originẽ à modo contrahendi societate, adiecta præfata duplici asscuratione. Præterea virget etiã quod præfata regna cum primis omnium semper floruerunt pietate, sanctitate, & eruditione: & quod in initio præfate consuetudinis homines eorum (vt par est credere) non erant peiores, sed multo meliores, quã nunc sumus, & ideo non permisissent consuetudinem huiusmodi usurariã tanto tempore coalescere, nisi aliqua ratione iustificari potuisset. Obstare tamen his videtur primo, quod Caietan. quem pro nobis citamus h; videtur esse contrarius. Secundo, quod expresse dānat contractum quẽdam societatis allatum ex Germania, quo quis dabat in societate centum alicui mercatori, saluo capitali, eo pacto, vt sibi redderetur secura quinq; in anno pro sua

i l. hoc iure,  
parag. ductus  
a qua, s. de  
aqua quot.  
& est. & c. su  
per quibus  
dam, parag.  
præterea, de  
verb. signifi.

k In d. a. re-  
spons. 12.



pro sua parte lucri ex eis quaerendi. *Tertio*, quod etiam expresse asserit ipse, quod contractus societatis, quo saluo capitali reddantur quinque pro centum pro parte lucri, non potest iustificari per praeteritos tres contractus subintellectos. Quia ex natura contractus ipsius societatis non subintelliguntur. *Quarto*, quod etiam asserit non licere contrahere societatem cum aliquo mercatore, eo pacto, ut ipse teneatur assecurare capitale, & aliquam partem lucri. *Quinto*, quod ex hac opinione sequeretur, licere nobilibus mutuare ad usuram quatuor pro centum, iuxta l. eos. *Sexto*, quod ex eadem videtur aperiri via exercendi usuras ad rationem quatuor, vel quinque pro centum.

Sed haec nullatenus obstant. *Ad primum* enim responderetur negando, quod Caiet. sit contrarius: quia immo in 2. ar. praefatae respons. expresse dicit, quod licite potest fieri per tres contractus praedictos, ut in contractu societatis saluum maneat capitale.

*Ad secundum* responderetur, concedendo id, quod ipse ait: nempe quod contractus simplex societatem centum, saluo capitali, & quod quinque re pro parte lucri, est illicitus, si formaliter, vel aequipollenter non fiant praefati tres contractus: sed non, si fiant illi, quod ipsemet concedit. Et quod non dicimus nos valere, vel esse licitam consuetudinem aliquarum partium Italiae, & Galliae, qua orphani, & viduae dent mercatori centum in societatem, ut saluo capitali reddantur illis quatuor in anno: sed quod illa consuetudo potuit habere iustam originem a contractibus initis cum praedicta duplici assecuratione: & quod si posset satis constare hoc, & quod intentio eorum, qui eam introduxerunt usque ad tempora nostra, fuit tacite, & aequipollenter facere id, quod a principio fiebat, posset iudicari licita, & quod ad conijciendum hoc multum faciunt praefatum c. per vestras, & alia supradicta.

*Ad tertium*, concedimus etiam quod non licet contrahere societate eo pacto, ut alter teneatur assecurare aliquod lucrum, & capitale, quod ipse ait: sed negamus contracta prius tempore, vel natura societate non possint rursusq; libera voluntate assecurationes ille fieri, quod nos asserimus, & ipse Caiet. fatetur.

*Ad quartum*, concedimus, quod contractus societatis, ut, saluo capitali, aliquod certum lucrum reddatur conferenti pecuniam, non potest iustificari per praedictos contractus subintellectos ex sola natura contractus, quia non subintelliguntur ex sola illa: sed negamus quod non possit iustificari per eos formaliter, siue expresse, vel aequipollenter, siue tacitos, ut praedictum est.

*Ad quintum*, negamus ex hac opinione sequi, quod liceat nobilibus mutuare ad usuram 4. pro 100. sed solum licere nobilibus, & quibusq; alijs inire societatem cum pacto, quod capitale, & aliquod lucrum, sint salua & secunda conferenti pecuniam, soluendo pro assecuratione quod iustum fuerit, quod longe diversum est.

*Ad sextum*, negamus per hoc aperiri viam exercendi usuram ad quatuor pro centum: quia usura non quaeritur nisi ex mutuo

vero,



vero, vel palliato: & ex hac opinione solū sequitur, quod potest  
 queri lucrū quatuor pro centum ex cōtractu societatis, & præ-  
 dictis affecuratiōibus, quæ sunt lōge diuersa: & à diuersis non  
 fit illatio *a*. Intelligenda sunt autē hæc omnia, vt prædiximus,  
 cessante omni fraude, & simulatione, ita vt corā Deo formaliter,  
 aut æquipollenter prædicti tres cōtractus fiant: quia nisi  
 cessantibus his, nec duo, nec quidem fieri possēt. Postea-  
 quam hæc scripsimus prædicti tres cōtractus, vt vir alioquin doctissimus *b*,  
 tria de hac re scripsit. *Primum*, quod si interest an huiusmodi cō-  
 tractus eodē tempore, vel diuerso fiant. Quod recte dictū vide-  
 tur, quoad Deum, & forum conscientia: licet multum interesse  
 possēt quoad homines, & forum exterius, ad peius præsumen-  
 dum, cum eodē tēpore, quam cum diuersis fiunt *c*. *Secundū*, lice-  
 re inire prædictos tres cōtractus cum tribus diuersis homini-  
 bus, immo etiā si primus, scilicet societatis, & secundus, scilicet  
 lucrī certi pro incerto, cum vno fierent, & tertius, scilicet securi-  
 tatis, cum alio, quod etiā cōmuniter approbatur. *Tertium*, non  
 esse licitum primum, scilicet societatis, & tertium, scilicet secu-  
 ritatis capitalis, cum eodem facere, neque eodem tempore,  
 neque diuersis, per nouam quandam, sed parum perpensam ra-  
 tionem; nempe quod pecuniam in societate cōferre securitate  
 à socio præstita, aut etiā collatā sic affecurare, re vera sit mu-  
 tuare, aut mutuū facere: quia conferens ita pecuniam, vel in-  
 cipiens sic collatam habere, eius dominium in recipientē trās-  
 fert, cum eius periculo maneat, & consequenter pro suo libito  
 perinde illa vti possit, ac si mutuo data fuisset, negociando, &  
 prædia, vel census emendo, aut alias distrahendo, eo quod si pe-  
 reat, eius damno pereat, & si seruetur, eius commodo seruetur.  
 Quod non contingit, quando cum vno sit primus cōtractus  
 societatis, & secundus lucrī, tertius autem de securitate cum al-  
 io: tunc enim is, cui pecunia traditur, non tenetur restituere, &  
 ei, qui ad id tenetur, pecunia non datur, & sic nullum mutuū  
 inuenitur. Quæ certe ratio etsi primo aspectū cuiuspiam tardo,  
 veri speciem præ se ferre videatur, nullatenus tamē est firma.  
 34. *Primo* quidē, quod aperto iuri contrariū est, dicere, domi-  
 niū rei eo solo in aliū trāsire, quod periculum in se recipiat. Tū  
 quia expresse Grego. IX. *d* definit iuxta l. *e* id quod conceditur  
 alicui certi vsus gratia, cū pacto, vt totum periculum sit penes  
 recipientem (etiā si casu fortuito pereat) esse commodatum:  
 & constat dominium rei commodatæ in commodatarium nō  
 trāsire, secundum glo. ab omnibus recept. *f* Tū quod idē Gre-  
 gor. *g* iuxta l. definit, commodatum alicui custodiendum, cum  
 pacto, vt custodientis periculo maneat, esse depositum, & constat  
 depositi dominium non trāsire in depositarium *h*. Tum quia  
 culpa, & morā regulariter transferunt periculum in debētem,  
 vt idem Grego. vtrobique præsupponit: & tamen noto notius  
 est, culpā, & moram non esse titulos transferendi dominij.  
 35. *Secundo*, quod etiā est iuri cōtrariū dicere, quod quis possit  
 dispo-

*a* l. Papinia-  
 nus, ff. de mi-  
 norib.

*b* lib. 6. q. 6.  
 art. 1. de iust.  
 & iure.

*c* Arg. 1. ad  
 nostrum, de  
 emptio. &  
 vendit. c.  
 Illo vos cum  
 eis annot. de  
 pignor.

*d* In c. r. de  
 commodat.  
 e iuxta l. *c*  
 eod.

*f* In d. c. 1. de  
 commod.  
*g* In c. fin. de  
 deposito,  
 iuxta l. r. pa-  
 rag. si conue-  
 niat. ff. eodē.  
*h* l. 1. & l. li-  
 set, ff. depo-  
 sit.



disponere pro libito suo de omni re, quæ suo periculo, vel com-  
modo stat, aut perit: quia omne commodatum, & depositum  
tū pacto, vt periculo comodatarij, & depositarij maneat, quo-  
ad restituatur, & omne aliud quo est penes aliquem, qui est in  
mora restituendi, manet, vel perit eius periculo: & tamē certi iu-  
ris est, nō posse illos iuste eis vti in alios vsus, quā in quos acce-  
perunt, vel habent: adeo quidē quod si in alios vsus viatur cōtra  
voluntatē comodantis, deponentis, vel alias tradētis, furti con-  
ueniri poterūt, & dupli, vel quadrupli damnari. *Tertio*, quod  
etiā iuri repugnat dicere, quod socius, apud quē pecuniā cōsti-  
tuitur, ad restitutionē nō teneatur, eo quod aliquis tertius securi-  
tatem prestiterit: quia perinde tenetur ac si alius nullā securita-  
tem prestuisset. Nō illo enim iure, nec vlla ratione probari potest  
eximi quē ab obligatione, eo quod alius illius debita affecuret:  
Nam nec fideiussio, neque pignora eam tollunt, aut diminuūt:  
quia hęc omnia adduntur ad augendam, & non ad diminuendam  
obligationem: & inducta ad augendum nō operantur diminu-  
tionē, nec ē contrariū: quia inducta in vnum finem non debet  
contrariū operari. *Quarto*, quia socius meus non potest vti pe-  
cuniā, quam ego in certam negotiationē illi tradidi, in aliam: &  
ita non potest vti pecuniā, quā ad mercaturā faciendam dedi,  
in emendos cōsus, quālibet salua mihi maneāt iurum, & fors:  
id enim esset vti re mea in alios vsus, quā in quos eam tradidi:  
quod species furti, & peccatum est. *Quinto*, quod etiā cōtra-  
rius est dicere, quemlibet, in quem dominū rei trāsit, de ea pro-  
sua voluntate disponere posse: id enim locū non habet, quando  
cum aliqua reservatione, & onere vtendi ea in certum finem,  
vel modum transijt: vt dominium rerum, quas primus maritus  
uxori suę dedit, transfertur in illā e, & vt dominium Prunige-  
niorū, & multarum aliarum rerum transit in eos, qui ad ea vo-  
cantur. Et consequenter quamuis pecunię dominium ad locū  
transferretur, quia tamen transfertur cum ea reservatione, &  
onere, vt ea vtatur in talē negotiationem, aut in tractādas mer-  
ces, non potest in alias res, quam in destinatas expendi.  
36 Cum igitur dominium rerum in accipientem non transfe-  
ratur eo solo, quod eas recipit, cum pacto, vt omne periculum  
casuum fortuitorū ad se spectet, per primum argumentum, &  
hoc solum faciat affecuratio: cumque nemo eo solo, quod rem  
periculo suo recipiat, vti possit ea in alios vsus, quam in quos  
recipit, per secundum argumentum: cumque nemo, in quem  
trāsit rei alienius dominium, reservato aliquo iure, vel onere,  
possit ea iuste vti, nisi saluo illo iure, vel onere, per tertium argu-  
mentū: cumque deniq; securitas à tertio prestita obligationē for-  
tem restituendi socio nec adimat, nec diminuāt, per quartū ar-  
gumentū: perspicuum profecto est, predictam Socii rationem  
quatuor de causis conuere, ideoque nihil concludere, & nostrā  
conclusionem manere firmam. Quam etiā confirmat ea cōsi-  
deratio, quę ex pretatis inferitur, quod socius tradens pecuniā

S ff

cum

a parag. pla-  
cuit, iust. de  
oblig. qua ex  
delict. nat.  
cun. l. qui  
vas. parag. ve-  
tare ff. cod. l.  
in parag. sed  
siquid in C.  
de iure ho-  
min. impe-  
tran. auth.  
presecuti C.  
de fideiuss.  
b l. legata  
inutiliter, ff.  
de adin. endis  
leg. de v. etia.  
de verb.  
signif.

c C. ad nostrā  
de app. l. l.  
r. ff. cod.  
d l. si conue-  
nerit ff. pro  
focio, & argu-  
mento pra. et  
si parag. pla-  
cunt, & l. qui  
vas, paragra-  
pho vetare,  
& clementi-  
qua contin-  
g. de reli-  
gio. domi. &  
eorum quæ  
ibi pulchre  
tradit Car-  
din.  
e l. foeminæ,  
C. de secundu.  
nupt.  
f l. i. & l. le-  
gatum, ff. de  
admin. ff. per.  
ad eum per.  
l. legatum, de  
v. i. fruct. leg.  
& cetera Cle-  
quia contin-  
git.



g. l. conuene-  
ric, & l. u. fo-  
cius, ff. pro  
socio.

cum his conuentionibus, cogere potest socium negotiantē vt eam in illam solam negotiationem, in quam tradidit, impēdat, & etiam ab eius societate discedere, si contrarium faciat g, non obstante assecuratione, & lucri certi pro incerto vēditione: aut ei auferre suā pecuniā, & alteri dare, quatenus ius, & pacta patiuntur: quin & alia pacta addere potest, quibus societas clauissima efficiatur, & exprimere id quod iure tacite inest: scilicet se nolle, vt ea pecunia in alias negotiationes, quam in illas, aut illas, vtatur: nec aliud lucrum certum, vel incertum sperare, quam quod illa, vel illa negotiatione comparabitur: immo & addere pœnas contractui soluendas, si aliter, quam conuenerit, vel tacite iure intelligitur, negotietur. Quod non ideo asserimus, vt cupiamus homines ab antiquioribus modis lucrandi ad hos nouiores adducere: nec quod credamus, multos tā exiguo lucro contentos fore: sed quia vis veritatis, & iuris in id nos adigit: & quod magnopere desideramus auidos homines ad magna lucra illicitis modis faciēda, ad hęc parua modo licito quęrenda allicere, qui forte nulla via licite quęrenda proposita ab illis non discederent: & quidem credimus non esse hoc vsurę tam finitimum, quam sunt census personales, quos prædictus Sotus concedit, quos tamen infra h inuicem pugnamus.

h Notab. 22.

S Y M M A R I V M.

- 37 Interesse quid, & quotuplex.
- 38 Interesse damni, & lucri quid.
- 39 Interesse ex mutuo capitur tribus casibus, secundum omnes.
- 40 Interesse extra rem regulariter non debetur.
- 41 Vsuram nec dispensatio, nec vis facit licitam.
- 42 Interesse, & vsura differunt iuxta leges Romanas, & 43.
- 42 Et ita non debetur interesse eo solo quod vsura debeatur.
- 43 Pecunia plus valet apud negotiatorem, quam apud alios, vt triticum seminale apud volentem seminare, & non habentem aliud simile.
- 44 Pretium rei non augetur per furtum, aut vim.
- 45 Vendere quis suum potest pretio quo sibi valet, quamuis alijs non tantundem valeat.
- 45 Pecunie duplex potentia ad lucrandum.
- 45 Viriuti magis, quam vitio fauendum.
- 46 Pape commentanti non creditur vt legem ferenti.
- 47 Interesse damni, & lucri vt differunt.
- 48 Vendere vt licet spe lucri.
- 49 Amor an dicatur cogere vt timor.

**N**Oto decimoquinto ex text. & prædictis, licitum esse mutuantem accipere aliquid ultra sortem nomine interesse, tam lucri cessantis, quam damni emergentis.

37 Et quia multi percuperūt vt explicarem quid in nostro Manu. Confess. appellatur interesse, & quotuplex sit, & an v-

trum-



trumque capi possit, & peti à mutuante, tam pro illo loco, quā  
 pro isto: Dicimus, prætermissis subtilitatibus tam definitionis  
*interesse*, quam membrorum diuidentium, & subdiuentium ip-  
 sum, de quibus late Bart. Bal. Salic. & alij nouiores b, (quibus  
 ex parte materia obscuratur.) Dicimus, inquam, primo, id quod  
 transtulimus in Manual. Confess. e quod interesse in genere est  
 damnum emergens, & lucrū cessans, eo quod aliquid fieri ces-  
 satur d. In qua definitione coniunctio & accipitur pro *vel*, &  
 verbum *fieri* prout comprehendit *non fieri*, eo quod non facere,  
 sit facere, ut ait l. si mora, & glo. recepta e; & ita in proposito in-  
 teresse id dicitur, quod mutuans perdit de suis rebus, aut desi-  
 nit lucrari eo quod mutuatur, aut eo quod ad præstitutum diem  
 non soluitur. Et sic duplex est interesse; alterum damni emer-  
 gentis, alterum lucri cessantis, iuxta gl. f.

38 Exemplum damni emergentis: habeo pecunias quibus re-  
 ficiam domum ne corruat, aut quibus estate volo triticum e-  
 mere in totius anni alimenta, aut scenum pecoribus, aut septa,  
 siue aggeres aquæ molendinorum restituere, aut mea debita  
 soluere, quas mutuo tibi, & quia eas ad præstitutum diem non  
 soluisti, domus concidit, triticum duplo carius emi, pecora fa-  
 me interierunt, molendina non molunt, aut in interesse debitori-  
 bus meis soluo, aut res meas vilius vendo, quo illis satisfaciā;  
 damnum ex hoc mihi subsecutum dicitur interesse damni e-  
 mergentis. Exemplum interesse lucri cessantis: sum mercator,  
 habeo pecunias quibus merces emere volo ad negotiandum,  
 eas tibi mutuo, & die præfixo non restituis: lucrum quod ob id  
 facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

39 Secundo dicimus, quod inter omnes conuenit, utrūq; horū  
 contingens ob mutuū, peti posse in duobus casibus. Prior est  
 cum culpa, aut mora in solutione præcessit. Posterior autem ca-  
 sus, cum ante, aut post moram contigit, mutuū tamen datum  
 fuit per aliquā vim regis, ciuitatis, aut cuiusuis alius. Tertio, in-  
 ter omnes etiam cōsunt interesse damni exigi posse, etiā si nec  
 vis, nec mora aliqua interueniat, modo mutuatarius admoni-  
 tus fuisset tēpore mutui, damni, quod euenire poterat, & fuisset  
 cōtētus illud vnā cū sorte mutuata soluere, vt expresse deter-  
 minat D. Tho. h In quibus tribus casibus non solum licet acci-  
 pere, & exigere, sed etiam à principio cōuenire de summa, qua  
 ultra sortem sibi repēdenda est ex verisimili illo interesse dāni,  
 aut lucri, vt late prædictus Sot. subscripsit i, quāuis magis quam  
 alij hāc materiā retringere sit conatus. Quarto, quod solū dubi-  
 tatur de casu, in quo quis spōte, sine vi mutuatur pecunias exposi-  
 tas negotiationi, aut reiū frugiferarū emptioni, & cessat à negc-  
 tiatione, ac frugiferorū emptione, possit capere licite in interesse  
 lucri cessantis cōtingētis ante morā, & culpam? Nā Inno. tenet  
 quod non k, quē præd. Sot. laudat, & sequitur, quamuis dicat tē  
 contrariam opinionē minime dānare, & pro sua opinione ad-  
 ducit primo prædict. Inno. l qui hoc affirmat; de iude S. Th. m qui  
 videtur

a Cap. 27. nu.  
 211.  
 b In l. i. C.  
 de sent. quæ  
 pro eo quod  
 inter.  
 c Cap. 17. nu.  
 211.  
 d Secundo gl.  
 in verbo pos-  
 sibile, de  
 sent. quæ pro  
 eo quod.  
 e ff. solut.  
 mar. & glo.  
 recep. in  
 princ. ff. de  
 verb. oblig.  
 f Glof. 4. d. l.  
 i. cuius pa-  
 rag. in ad-  
 prob.  
 g Gleeleb. c.  
 conquæsus,  
 de usur. per  
 c. dilecti, de  
 foro compet.  
 c. peruenit, &  
 c. constitutus,  
 de fide-  
 iuss. & l. i.  
 sub hinc, C.  
 de sent. quæ  
 pro eo quod  
 inter prob.  
 h In l. i. arag. ff.  
 de eo quod  
 certo loco.  
 h 2. 2. q. 76.  
 art. 2. ad pri-  
 mum.  
 i Lib. 6. q. 1.  
 art. 3. de iust.  
 & iure.  
 k In c. fin. de  
 usur.  
 l In d. c. fin.  
 m 2. 2. q. 78.  
 art. 2. ad pri-  
 mum.

egotiantē vt  
 dit, impēdat,  
 faciat g. non  
 ditione: aut  
 & pacta pa-  
 cietas clausi-  
 est: scilicet se  
 n illas, aut il-  
 perare, quam  
 no & addere  
 enerit, vel ta-  
 sserimus, vt  
 andi ad hos  
 tā exiguo lu-  
 in id nos adi-  
 uines ad ma-  
 do licito que-  
 proposita ab  
 se hoc usura  
 os prædictus  
 us.  
 omnes.  
 43.  
 tur.  
 ios, vt triticum  
 aliud simile.  
 amnis alijs non  
 esse mutuan-  
 ei esse, tam lu-  
 quid in nostro  
 ex sit, & an v-  
 trum-



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN



videtur ei ponere hanc differentiam inter interesse dani, & interesse lucri, & Durand. & Scot. quos dicit esse secutos S. 1. hom. 40. *Tertio*, quod nullus rex videtur reperti, qui concedat hoc interesse lucri cessantis accipi ab eo qui culpa caruit, nec moram in solutione adhibuit.

*Quarto*, quod videtur ei nullum antiquum Doctorem aperte oppositum tenuisse, & quod immo Scot. & Durand. b. D. Tho. sequuntur. Pro contraria tamen sententia, quae receptior est, facit *primo*, quod ut etiam ille dicit, eam tenent Conrad. & Sylv. d. Caic. e. & Adri. f. Addimus nos, quod etiam idem tenent Panor. g. & ante illum Host. & S. Anto. h. & Ioan. And. i. quatenus dicit, dictum Host. habere locum, quando debitor solutionem distulit: quia alias quisque voluntatem negotiandi fingeret, & postea pecuniam ad interesse daret. Quae ratio solum includit, nostrae opinioni locum non esse, quando re vera, & coram Deo mutuans negotiari non vult, sed fingit se velle, quod omnes fatemur, & consequenter Ioan. And. fateri debet, aut nihil suam rationem valere, aut nostram opinionem esse veram, & etiam Ioan. de Lignano gravissimus Doctor, & Lauren. de Rodul. i. tenent idem quod Host. & etiam S. Anto. tres rationes ad id adducens, quamvis dicat melius esse, ut huiusmodi contractus dissuaderentur, quod nos etiam fatemur, nisi quando constaret maius obsequium Deo per eorum exercitium prestitum iri, quod toties usu venit, quoties proximus liberaretur a magno damno mutuata sibi pecunia iam mercaturae parata pro exiguo luero interesse lucri cessantis.

*41. Præcipuarum rationum* quibus ad id movemur, *prima* est, quod ipsemet Scot. fatetur, interesse damni unius domus ex mutuatione proveniens iuste posse accipi, & constat id esse interesse, quod extra rem dicitur, secundum Barto. & alios m. & quod tale non magis debetur quam interesse lucri cessantis n. Ergo si illud iuste accipi potest absque eo quod culpa, aut mora precedat, poterit & hoc o. *Secunda*, quod idem Sotus fatetur, quod interesse lucri cessantis, culpa, & mora nona precedentibus accipi potest ab eo, qui vi aliqua maculat. At vis non potest usuram licitam facere, cum illa iure naturali, & divino prohibita sit, ut dictum est supra p. & ipse latius probat: igitur ob interuentum vis, huiusmodi interesse lucri accipere non licebit, aut quamvis illa non interueniat, licebit. *Tertia*, quod Alex. III. expresse determinavit q. non posse dispensari super prohibitione divina usuratum, & quod ut nullatenus mentiri licet, ita nec ad usuram dari, & consequenter, quod licet nulla vi fieri potest, ut quis iure mentiatur, ita nulla vi fieri potest, ut ad usuram licite detur. Cum ergo Sotus fateatur non esse usuram accipere interesse lucri cessantis ob mutuas aliquas vi pecunias ad negotiandum paratas, consueti debet, quod nec accipere illud ob easdem rationes mutuas sit usura. *Quarta*, quod aliud est accipere interesse lucri cessantis, & aliud usuram, ut singulariter, & aperte dicit Scauola, quatenus asserit, quod debitor ob non solutionem

a in 4. dist.  
15. q. 2.  
b in 7. dist.  
37. q. 2.  
c De contract. q. 30.  
d Verb. usu.  
22. q. 19.  
e 1. 2. q. 62.  
art. 4.  
f in 4. de res.  
sit. q. de v.  
sur.  
g in c. fin.  
de usur.  
h in c. salu.  
bitor, co. tit.  
i in d. c. fin.  
k in d. c. sa.  
lubriter.  
l 2. part. tit.  
1. c. 7. par. 2.  
15.

m in l. c.  
de eo quod  
interest  
n si licet  
par. g. cum  
per vendito.  
rem, de a.  
ction. empr.  
o Arg. h. l.  
ind ad l. A.  
quil.  
p Eod. Com.  
ment. nu. 7.  
q in c. fuy.  
eod. de v. sur.

r in l. 3. pa.  
rag. 8. de eo  
quod cer. lo.



tionem debiti interdum tenetur ad soluendum interesse lucri, quamuis summam usurarum permissarum superet.

42 *Quinta*, quod idem *Seauola* clare ubi supra significat, non omnes creditores licite posse recipere interesse lucri, eo quod debitores sua illis debita non soluant tempore praestituto. Quia mercatores accipere possunt, & alij non: & consequenter significat plus deberi mercatori ob pecuniam qua negotiatur, quam alteri qui non negotiatur, Cui consequens videtur, vnam, & eandem pecuniam summam plus valere apud mercatorem paratum ad negotiandum cum ea quam apud alium, qui non est cum ea negotiaturus: & ideo si plus aliquid recipit quam alius, non recipit plus, quam habebat, & dedit.

43 *Sexta*, quod, vt proxime dictum est, praefatus *Seauola* significat, quod pecunia, qua habet mercator parata ad statim negotiandum, plus valet, quam altera tanta, quam habet alius non paratam ad negotiandum: imo plus, quam altera tanta, quam ipsemet habet a negotiatione separatam, ob quod qui ei eam furaretur, plus restituere teneretur, quam si alteri furatus fuisset: vt & qui habet triticum seminale ad statim seminandum, aliud simile ad idem non habens, plus valet ei quam aliud tantum ad alteri non seminaturus: & qui furaretur illud ei, teneretur restituere plus, quam si aliud tantum furaretur alij, qui seminare nolebat, aut eidem ipsi aliud simile ad ferendum habenti, iuxta omnium mentem, qua late *Caeter.* explicat. *Septima*, quod contra ius est dicere, quod ex sola culpa debitoris, aut mora solutionis interesse lucri cessantis debeat: est enim contra d. l. 3. ibi, quod si merces solubatur comparare, pato & libri habendam rationem. Ex quibus verbis clare colligitur, quod licet leges Romanae usuras constitutas solui iubeant propter solam solutionis moram in quibusdam contractibus, non tamen iubet solui interesse lucri cessantis, nisi quando saltem cum mora debitoris facultas, & voluntas propinqua, & venisimilitudo lucrificandi in creditore concurrat. Et communis opinio d, contra gloss. eius, & alias ei similes tenet, nihil esse immutatum per illam legem, quoad hoc, vt soluat interest, quod ante illam solui non debebat. Et ita longe alia est ratio soluendi interesse lucri cessantis, a ratione soluendi usuram: & consequenter non infertur illud esse illicitum, eo quod usura sit illicita, cum a separatis non fiat illatio e. *Octava*, quod ex his omnibus sequitur, quod quauis facultas, qua pecuniae ad luendum inest, absolute considerata non augeat eius pretium, nec faciat valere plus, quam sine illa, considerata tamen ea prout est persona, que illa scit, & vult uti, facit vt plus valeat: vt facultas generandi, qua inest tritico, absolute considerata non efficit quod plus valeat, considerata tamen quod est eius qui illud iam satum habet, aut satui preparatum, aliud simile ad seminandum non habens, facit vt plus valeat ad effectum vt vendere, & mutua re carius possit, & qui furto illud sustulerit, plus ei quam alteri restituere teneatur. Et ita, qui mercator mutat aliquam pecuniam

2. 1. q. 76.  
art. 2.

b l. mori. pas.  
rag. in bonz  
fidei, ff. de v.  
sur. & l. vlt. ff.  
de peri. &  
commo. rei  
vend. l. fru.  
sus, C. de a.  
ction. empt.  
c Per d. l. 3.  
parag. fin.  
d In d. l. 1. C.  
de sentent.  
e l. Papiniana,  
ff. de  
minorib.



pecuniam negotiationi paratam, accipiendo aliquod lucrum ultra similem quantitatem, quamvis accipiat plusquam valebat quantitas mutuata, considerando eam absolute, non tamen capit plus quam mutuavit, considerando eam cum illa qualitate, quod erat parata à seipso ad negotiandum, & consequenter non accipit usuram.

44 *Nona*, quod nullo iure, nec vlla ratione probari potest, quod pretiū alicuius rei crescat, eo quod subtrahatur furto manifesto, aut non manifesto, vi, aut metu: quāvis enim ratione pœnæ, aut iniuriæ reus cogi posset ad aliquid plus eo soluendū in pœnam delicti committi; non tamen ideo quod pretiū eius crescat, eo quod furto substractum, aut vi, aut metu extortum fuerit. Unde, qui sic deliquit, non tenetur restituere in foro conscientie amplius quidquā, quam simplex ablatum, sine aliquo incremento g, & honorem, si aliquem ade. meruit. Fatentur tamē omnes, quod si quis ab alio furto, aut vi, aut metu, auferret pecuniam ad negotiandum paratam, aut triticum sationi preparatum, & non habenti aliud simile, tenetur plus restituere illi, etiam in foro conscientie, quā si abstulisset ab alio, qui non habuisset illa sic parata. Ergo necessario confitendum est, illam pecuniā, & illud triticū plus valere illi, qui seminare, & negotiari vult, & potest, quam aliis id facere nolentibus: & consequenter si mutuatur, potest accipere aliquid amplius ratione interesse pecuniæ.

45 *Decima*, quod licet, qui habet aliquid quod cōm. uniter, nec sibi, nec alijs pluris quam decem valet, plus alteri vendere non possit (quamvis ementi multo pluris valeat) tamē si pluris sibi valeat, recte id vendere potest eo pretio quo sibi valet, accipiendo pro eo tanto plus, quanto sibi plus valet, iuxta S. Thom. h & Scotum i receptos. At vt dictum, & probatū est, centum scuta plus valent mercatori illis negotiari volenti, aut alteri prædia fructifera occurrentia sibi emere cupienti, quam alijs, quibus id faciendi animus nō est: ergo illud amplius sine usura recipere poterit. *Undecima*, quod hoc interesse non accipitur propter mutuatam pecuniā, neque etiam propter facultatem generalē, & absolutā, quæ ad lucrandum eidē inest, sed propter facultatem specialē lucrandi, quam habet, ob id quod est ad negotiandū parata: & consequenter non erit usura illud percipere, argumento eorum quæ de usuræ definitione supra dicta fuerunt: cū non recipiat illud ratione mutui, sed ratione illius facultatis specialis maioris, quam habet apud illum, quam apud alios. *Duodecima*, quod virtuti potius, quam vitio fauendū est: mutuare autē coactē non est actus virtutis, mutuare vero ex amore, & charitate sic. Cū ergo qui coactus aliqua vi mutuatur, capere hoc interesse possit, etiam secundum Sorum, vt supradictum est, à fortiore poterit idem facere, qui ex amore, & charitate mutuatur. *Dicimatertia*, quod ipse Sotus vbi supra fatetur interesse lucri cōstantis deberi à mutuatario, & posse à mutuante accipi, si cum tali pacto mutuuum accepisset, quod elicit, & quidem

f iuxta titu-  
los, ff. de fur-  
tis, et bono.  
rapto. quod  
m. ius. i. i. i.  
& Inst. de o-  
bligatio.  
quæ ex de-  
lict. nascun-  
& de vi. bo-  
no. rapto.  
g iuxta glos.  
sing. & re-  
cept. c. fra-  
ternitas, 22.  
q. 2.

h 2. 2. qu. 77.  
art. 1.  
i in 4. di. 25.  
qu. 1.

k Num. 5.

l Ca. 1. de po-  
sular. prz-  
lat. c. quan-  
do 2. q. 5.



& quidem recte, ex Thom. a

46 Non obstant illa argumenta quibus mouetur Sot. \*Ad primum enim respondetur concedendo, quod Inno. lV. quem pro se adducit b, tenuit illam sententiam vt Doctor, cōminiscendo in illud cap. non autem vt Papa, statuendo illud : & ita non tenemur eam magis sequi quam alia, quæ in comminiscendo in alijs locis tenuit: Adeo quod Hostien. quem communis sequitur, discessit à quadam eius opinione, quam tenuit, interpretando vt Doctor illud c, à semetipso vt Papa constitutum.

a 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum.

b In c. fin. de usur.

c In c. 1. de concess. przb. lib. 6.

47 Ad secundum respondetur concedendo, quod S. Tho. quem pro se citat d, ponit quidem differentiam inter interesse damni emergentis, & interesse lucri cessantis, quoad hoc, vt interesse lucri non accipiatur tanquã res iam quesita, & perdita, vt interesse dani recipitur, non autem quoad hoc, vt nihil recipi possit. Tum quia ratio, quã ille reddit, scilicet, quod nemo non potest vendere quod nõdum habet, & multis modis impediri potest, oppositum concludit. Concludit enim non posse recipi interesse lucri tamquam rem iam quesitam, significando, quod potest recipi tamquam res sperata, quæ potest multis modis impediri. Tum quia ipsemet e dicit, quod qui alteri in semine facto nocet, aut in alia re, quæ nondũ est acquisita, sed speratur adquiri, quamuis non teneatur restituere, quantum collecturus esset impedimentis cessantibus, ad iustam tamen, & probabilem quandam compensationem tenetur. Itaque dictum D. Th. nostra conclusioni non aduersatur, quamuis eam moderetur, vt dicamus, quod qui mutuatur, non tantum interesse debet accipere, quantum alius sui similis, & æqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimentis cessantibus, sed quantum meretur illa facultas, & spes lucri verisimilis, quam pecunia illa in mutuante habet, consideratis modis quibus impediri potest.

d In d. q. 78. art. 3. ad primum.

e 2. 2. q. 610. art. 4.

48 Quemadmodũ qui habet prædium aliquod satum, non debet tanti vendere fructus speratos, quanti valerẽt, si essent collecti prospere, cessantibus impedimentis, sed quanti valet illa spes colligendi, consideratis modis, quibus eorum collectio prospera impediri potest.

f In 3. d. 37. g In 4. dist. 15. q. 2.

Nec plus obstat, quod de Durando adducit f; quia idem ait, quod D. Thom. & per eadem verba. Nec quod de Scoto adducit g; quia licet alia pulchra in hac materia dicat, vbi ab eo citatur, sicut in alijs solidis solet, tamen hæc distinctionem D. Thom. non adfert: immo expresse dicit h, quod qui habet pecuniam negotiationi expositam, eam mutuari potest, constituta pœna certę rei sibi soluendæ, nisi ab eo restituatur, vt se indemnem seruet: & ita sentit, eum posse damnum in mutuatione, & lucri cessatione acceptum recipere. \*

h In eadem d. colum. 6.

Ad tertium respondeo, quod si præfatus Sotus satis meminisset præfatum l. 3. i & perpendisset præfatas duodecim rationes, non fuisset visum ei hanc sententiam firma ratione carere.

i pars. fin. dy eo, quod cetero loco.

SS 4

Ad



Ad quartū respōdetur negando, quod nullus antiquorum Do-  
ctorum hāc sententiā tenuerit: quia supra citauimus Holt. loā.  
And. Panor. S. Anto. & alios multos eam tenuisse; immo, & in  
oētaua ratione mōstrauimus, iurisconsult. Scauolā eā tenuisse \*.  
Neque obstant etiā alia duo argumēta omnibus alijs fortiora.  
Alterū est, quod qui voluntate spontanea mutuat, non facit id  
coactus, & qui coact⁹ nō mutuat, nō videtur dicere posse, quod  
per alium impediatur lucrari, donec mora, aut culpa solutionis  
adsit: & consequenter, qui sine, vi mutuat, non videtur posse ac-  
cipere quidquam lucrū, cum illud ei ante culpam, aut moram  
ab alio non impediatur. Alterum est illud, quod Caieta, a (licet  
nostram opinionem tueatur) dicit, scilicet, quod quamuis ali-  
qua res, dū nō est in particulari potentia lucrandi, pluris valeat,  
quam alia eiusdem speciei, & bonitatis ab illa potentia separa-  
ta, sed non si sponte ab illa extrahatur. Quemadmodum triti-  
cum seminatum, aut ad seminandum paratum, pluris valet, &  
vendi pluris potest, quam aliud eiusdem speciei, & bonitatis à  
tali potentia separatum: si tamen sponte ab illa potentia, quæ  
lucrum continet, separaretur, non posset pluris, quā aliud eius-  
dem bonitatis, vendi: & sic videtur, quod quamuis pecunia,  
quæ negotiationi exposita est, aut eidē statim exponenda, plu-  
ris quam alia similis valeat, tamen simul ac sponte mutuo da-  
tur, sponte ab illa lucrandi potentia extrahitur, & ita non plu-  
ris, quam alia valet, neque ob eam plus quā ob aliā peti potest.  
49. Ad hęc duo argumēta Caiet. respōdet multis verbis: quo-  
rū summa est, quod qui amore, & charitate mutuat, quo proxi-  
mum paruo damno à maiori liberet, nō dicitur mutuatē spō-  
te, secundum mentem D. Thomæ b. sed aliquo modo coactus.  
Pro quo facit, quod qui è nauis seruādi sui causa merces in mare  
iacit, etiā sponte e, non facit voluntate absolute spontanea, sed  
conditionaliter, vitādi maioris mali gratia. Aduersus tamē hāc  
responsionē Caietani fortissime facit primo, quod iustū, aut in-  
iustum non consistit in bonitate, aut prauitate animorū, & in-  
tentionū, sed in rerum, & operum externorū equalitate, & in-  
equalitate, iuxta doctrinam Arist. d & D. Thomæ recept. e. Se-  
cundo, quod nihil refert an mutuatō fiat ob misericordiā, chari-  
tatem, amorem, aut odium, vel crudelitātē ad hoc, vt mutuum  
dicatur iustum, vel iniustum, vel ad hoc, vt iuste aliquid ratione  
illius desideretur, aut capiatur, ad inducendū restituendi neces-  
sitatē, vel ad liberandum ab ea. Tercio, quod quamuis mu-  
tuatio possit esse bonū opus charitatis, aut malum ei repugnās,  
eo quod fiat animo iuuandi, vel ledendi proximum, non tamē  
ob hoc dicitur iusta, aut iniusta ad hoc vt necessitatē resti-  
tuendi inducat, aut ab eadem liberet: quia vt in Manual. Con-  
fess. f. diximus, sola peccata contra iustitiam specialem inducūt  
restituendi necessitatē. Quarto, quod videtur doctrina noua, &  
contraria l. vii. C. si quis testar. aliquem prohibet. & conclusio-  
ni S. Thomæ g. quæ fundatur in ea, quam in Manual. h. ad aliud  
propo-

a 2.2. q. 78.  
art. 2. ad  
primum.

b 2.2. q. 78.  
art. 2. ad pri-  
mum.  
c l. 1. & toto  
tit. ff. ad l.  
Rhod. de iud.  
c. maiores.  
parag. item  
quæritur de  
baptif.  
d 2. & 5. Ethic.  
ebrum.  
e 2.2. q. 52.  
art. 10. & q.  
29. ar. 2.

f c. 24. n. 5.  
g 1.2. q. 6.  
art. 6.  
h Cap. 17. n.  
27. & 10.

propo  
vel pie  
de adh  
vt quis  
tionem  
respōd  
tate, &  
tuare  
Cōced  
diri à l  
illud, e  
à lucrā  
rum, q  
potest  
rius, qu  
tetar a  
sanctē  
cister.  
nādum  
sibi tē  
per ea  
ticum  
cum sp  
iustitia  
vt pec  
teri, pe  
cunia  
fandū  
cri, qu  
tract⁹  
bi mu  
milis,  
quod  
suā pe  
tollit,  
pro ill  
vero c  
modi  
mutu  
damn  
eius, c  
tur, se  
ligēda  
do ne  
impe  
cum p  
indub  
potest



propositum accommodauimus: puta, quod neque misericordia, vel pietas, neque amor, vel preces blandę sine mędacio, & fraude adhibite inducunt necessitate, aut vim sufficientem ad hoc, vt quis dicatur coacte fecisse aliquid ad effectũ, vt possit restitutionem petere, aut ab ea liberari. Quare ad prius argumentum respõdeo, concedendo quidem, quod qui mutuat motus charitate, & misericordia ad opitulandum proximo, nõ dicitur mutuari compulsus coactione, quę restitutione inducat, aut tollat. Cõcedendo etiam, quod qui sponte mutuat, non dicitur impediri à lucro quęrendo per alium, ita vt ille teneatur ei restituere illud, eo solo quod impeditur eum: sed negãdo, quod qui sponte à lucrãdo cessat, vt subueniat alij, non possit iuste accipere tantum, quãti res mutuata sibi valebat, & quãti spes lucrandi iuste potest estimari. Nam & carpentarius, latomus, aut alius operarius, qui cessat à suo lucro, & officio, meis precib⁹, vt me comitetur aliquo proficiscẽtem, sponte quidem desinit à lucrando, sancte tamen à me exigere posset id, quod probabiliter lucrificisset. Qui etiã sponte vicino modũ tritici seminalis ad seminãdum parati mutuat, iuste exigere potest ab eo tantũ, quantum sibi tẽpore quo dedit, valebat: licet alijs non tantumde valeret, per ea, quę paulo ante diximus. Qui etiã sponte dat cuiuspiã triticum iatum, iuste potest accipere pro eo tantũ, quantum illud cum spe verisimilis fructus valet. Eadẽ igitur ratione nullam iniustitiam cõmittit, qui sponte omittit emere prędia, vel merces, vt pecunias, quas ad id paratas, aut expositas habet, mutuet alteri, petens lucrũ quod illius causa omittit, aut quantum illa pecunia cũ illa cõmoditate valet. Nec est vlla vi opus ad id excusandũ, nec est vsura: quia nihil accipit vi mutui, sed ratione lucrari, quod propter mutuariũ nõ facit: & in effectu sunt duo cõtract⁹: alter mutui: alter facio, vt des, hoc est lucrari, cesso, vt tibi mutue, & illud rependas: aut est venditio illius lucrari verisimilis, iuxta mentẽ S. Th. k. Ad posterius argumentum respõdeo, quod dicitur Caiet. assumptũ in eo, solum intelligitur de illo, qui suã pecuniã, quã habet ad lucrãdũ paratã, simpliciter ab illo sine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum, & postea tantũ pro illa vult, quantum cũ illa cõmoditate lucrandi valet. Noltra vero cõclusio intelligitur de illo, qui pecuniã cũ lucrandi cõmoditate coniunctã dat alteri. Cõcludamus itaque licitum esse mutuanti aliquid amplius accipere, non solũ ratione interesse damni emergẽtis, sed etiam lucrari cessantis: neque solũ ratione eius, quod moram, aut culpã in solutione cõmissam sublequitur, sed etiam eius quod ante euenit. Quę tamẽ cõclusio intelligenda est, dũ modo dolus, & fraus paliandi vturas absit, & modo non tanquã res acquisita, sed tanquã res in spe posita, & quę impediri multis modis potest, estimetur, maxime si mutuetur cum pacto de resarciendo illud interesse. Nam etiam, Sot l. pro indubitato ponit, quod interesse lucrari cessantis accipi, & peti potest, quando à principio mutationis pręmissum fuit illud.



## SYMMARIUM.

- 51 Interesse capi non potest secundum aliquos, nisi concurrant septem, quae tamen omnia non sunt necessaria.
- 52 Interesse ante tempus, quo lucrifera, capi non potest.

**N**Oto decimo sexto ex praedictis, quod non sunt necessariae tot conditiones ad iute capiendum interesse lucri cessantis ex mutuo, quot Conradus a, & quidam alij alibi requirunt, sed aliquot sic. Prima enim est, ut hic lucrandi modus non tantum sibi placeat, quantum negotiationis: quod tener etiam Syl. b. quae tamen non videtur necessaria. Tum quia nulla lege, vel ratione probatur, quod vnus modus lucrandi de se iustus fiat iniustus ex sola voluntate eque libenter utendi eo, atque alio, quamuis ille esset melior. \* Quod post haec nostra scripta tradidit Socus c. Et addidit, & quidem recte d, nihil referre an mutuans sit rogatus, & quaesit. a mutuuario, an vltro mutuet, modo id, quod ad iustitiam commutativam pertinet, seruetur. Nam ut supra dictum est, iustum, & iniustum non in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum equalitate, & inaequalitate consistit, secundum Aristotelem e, & D. Thom. receptum f. Secunda conditio est, quod interesse sit verum: quae necessaria est, iuxta mentem glossae, & omnium g. Satis tamen est, ut tempore mutui lucrum pactum sit verisimile, quamuis postea non subsequatur, ut recte Medina dixit h.

82 Aduertendum tamen est, quod per Extrava. Pij V. editam super cambijs, & relata a nobis in Manua. Confess. i (& referendam, Deo propitio, in Commentario ca. vlt. de vsuris, in quo de cambijs agitur) vetitum est, ne post illam captiores possint ab initio conuenire de certo interesse: quam tamen ad mutuantes extra materiam cambiorum non extendi super eadem extrava. gante annotauimus. Tertia, quod mutuatio, vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes: qualis non est (secundum Caiet. & Medi. vbi supra) quando mutuans aliam pecuniam habet qua negotietur: quanto minus erit si mutuator non erat negotiaturus, nec frugifera empirurus, etiamsi non mutuasset. Quod valde ponderandum est circa illos captiores, qui non negotiantur, etiamsi non cambirent: attamen dicunt se pro interesse capere aliquid vltra sortem quam mutuam. \* Quae tamen limitatio Caiet. non procedit, si aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neque negotiationi committere veller, quod prudentiae est. Quarta ut mutuans non sit datus vsuris assuetus. Quae tamen non procedit in foro conscientiae, in quo veritas praeualet praesumptioni l, & fieri potest, ut quis in alijs vsurarius sit, & in hoc non. Quinta, ut non recipiat interesse, priusquam labatur tempus, intra quod illud verisimiliter lucrum factum fuisset: quia subrogatum subire debet naturam, seu conditionem eius, cui subrogatur m, & id quod accipitur pro interesse subrogatur ipsi interesse: quod tamen non percipitur ab initio

mercium,

a In q. 10. de contract.

b Verb. vsu. de q. 19.

c Lib. 6. q. 1. art. 2. de iust. & iure. d Eod. lib. q. 1. artic. 3. de iust. & iure.

e 2. & 3. Ethicor. f 2. 2. q. 58. artic. 10. & q. 59. artic. 2. g d. c. conque. stus. h in C. de restitut. fo. 132.

i c. 19. n. vlt.

k Arg. auct. multo magis c. de sacrosanct. eccles.

l cap. tua, de sponsal. m l. cum qui parag. qui in iuriam, ff. si quis cautio, & c. ecclesia ut lite pend. nihil inno.

mercium,  
vinden  
vendunt  
esse lucr  
in fine d  
vt mutu  
faria: qu  
satisfaci  
in Manu  
vt mutu  
ces, est  
omnis s  
tandum  
vsuram  
tur, per  
scandal  
quod ca  
salutis, l  
cessaria  
na, vt no  
liter exp  
tantum  
impedi  
por est t  
colliger  
quanti  
ri potes  
Cred  
aut rei  
interess  
tum, ali  
tum fru  
ctis, val  
iam luc

53 M

54 M

55 V

56 V

53 N

mutua  
reciper  
comm  
vender  
ticum,



merciū; vel prædiorum emptorū, sed postea tēpore messis, vel vindemia, vel nundinarum, vel alio tempore, in quo merces venduntur. Per cōsiderationes tamen Medinę vbi supra, interesse lucriferissimū à principio conuentum potest capi, etiam si in fine dum recipit, constet nullum lucrum factū fuisse. *Sexta*, vt mutuarius non egeat extreme. Quæ etiā nō videtur necessaria: quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis, immo satisfacit mutuando, vt cum poterit, soluat, per ea quæ diximus in Manu. Cōf b & mutare sine interesse, esset donare. *Septima*, vt mutuans ob hoc non incurat infamiā vsurarij apud simplices, estimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinē, cum omnis species mali fugiendi sit c. Quę cōditio quamuis ad euitandum peccatum scādali necessaria sit, nō tamen ad euitandā vsuram, & obligationem restituēdi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per tradita in præfato Manu. *Conf. d* quale non est peccatū scādali, quod est contra charitatem, secund. S. Thom. e *Octaua*, quod causa principalis mutuandi, sit subsidiū necessitatis, vitæ, salutis, honoris, aut bonorum proximis: quæ tamen non est necessaria, licet sit honestissima, per dicta in prima cōditione. *Nonna*, vt non capiat, neq; paciscatur totū interesse, quod verissimiliter expectatur cessantibus impedimētis casualibus, sed solum tantum, quantum valet illa verissimiliter expectatio, cōsideratis impedimentis præfatis. Nam qui prædium satum vendit, non potest tanti vendere, quanti valet tunc, quod verissimiliter colligendum speratur, cessantibus prædictis impedimentis, sed quanti valet verissimiliter illa spes subiecta illis, quibus impediri potest, vt dictum est post S. Thom. f

Credimus tamen, quod qui mutat pecunias negotiationi, aut rei frugifere emendę destinatas, ea lege, vt ei soluat pro interesse tantum, siue sit multum, siue parum, siue nihil, quantum alij eiusdē artis altera tanta pecunia lucrifecerint, aut quantum fructus rei frugifere, quam emere volebat, impensis deductis, valebunt, deberet audiri: quia hoc interesse non tanquam iam lucrifactum, sed in spe lucri positum exigitur.

## S Y M M A R I V M.

- 53 Mutuus licite capit id quod soluit, quia non est ei solutum.  
 54 Mutuanti an liceat capere interesse non promissum.  
 55 Usura non est capere quantum reddidisset prædium quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tantum fuisse mutuo datum, &c.  
 56 Usura est lucrum, quod capit mercator pro interesse pecunie mutuate, qua non erat negotiaturus, nec frugifera empturus.

53 **N**Oto decimosextimo ex textu, & prædictis, quod qui cogitur soluere interesse, vel vsuras creditori suo, eo quod mutuarius non soluit ei mutuum statō die, licite potest ab eo recipere illud quod sic soluit, secundum Innoc. recept. quem commendat Iason: & etiam compensationem iacturę, quā fecit vendendo res suas minoris, quam valerent, aut emendo triticum, aut vinum maioris, eo quod statō die debitor ei non soluit,

f in præced.  
notab.



uit, quia id nō accepit vi mutui, sed ratione interesse dāni emergentis, quod debetur, dummodo secundum aliquos cōcurrant duo, nempe quod monuerit debitorem dānum emerfurum, & quod quēsierit mutuum gratuitum sufficiens ad vitādum illud, & non potuerit inuenire. Quorum tamen posterius non videtur necessarium, quoniā nulla lege, nec vlla efficaci ratione probatur, creditorem mutuante[m] teneri ad mutuum gratuitum quērendū, quo liberet mutuatarīū a damno quod ob non solutionem incurreret. Sed neque prius videtur necessariū. Tum quia interesse intrinsecum, siue intra rē, quale est incrementum p[re]t[er]i vini, tritici mutuati, sine alia vlla monitione, mora facta debetur.

a Arg. l. vinū, ff. si ceru[m] perat, & l. 3. parag. h[ab]it[us] de eo quod cer. loco.  
 b In l. 1. C. de sent. quz pro eo quod, num. 12.  
 c l. num. is, ff. de in. lit. iudi. can. & decia. rar. Bart. vbi supra nu. 21.  
 d Per l. h[ab]it[us] n[on] r[ati]o[n]is, parag. eum per venditorem, ff. de actio. empt. saltē in emptio[n]e, & venditio[n]e.  
 e In d. l. 1. C. de sent. quz pro eo, & c. ex. vlt.  
 f In 1. part. tit. 1. cap. 7. parag. 15. gl. 2. C. de viar.

53. Tum quia etiā interesse extrinsecum (quod appellat Bart. communiter receptus extra rem) b frequenter debetur sine alia promissione: vt cum in re quz debetur, non inuenitur interesse intrinsecū, qualis est pecunia numerata: licet quando in re debita potest considerari interesse intrinsecum, regulariter nō veniat extrinsecū d, vt sentit Alciat. e & tunc non sufficeret admonitio, quia requireretur solutionis promissio, saltē quoad exigendum, licet non quoad sponte oblātum accipiendum.

54. Noto decimo octauo ex textu, & p[re]dictis, quod volens emere aliquod p[re]dium, aut domum, quz sibi aliquid annuatim redderet, pecuniam, qua id, vel eam empturus erat, mutat alteri, p[re]sertim promittenti recompensationem, potest accipere, & perere ab eo prouentum, quem ex illa, vel illo facturus erat, quoad pecunia reddita fuerit, secundum S. Anton. quem communis sequitur. Tum quia is equatur mercatori mutuanti pecunias ad emendas merces paratas. Tum quia illud accipit ratione interesse lucri cessantis, sicut mercator.

55. Tu quia qui vendit aliquod p[re]dium, & tradit illud emptori, qui non soluit, potest accipere loco interesse tantū, quātū reddidit illud, etiā si p[re]t[er]iū soluendum deponeret g, vt est in l. 2. vbi glo. secuta Azon. & recepta per alios ait, id etiam iure canonico procedere. Quod tamen videri potest limitandum, saltē in foro conscientie, quando ille pecunie, pro quibus p[re]dium dabatur, iustum illius p[re]t[er]iū essent. Quia si p[re]dium mille aureis valet, & propter necessitatē, aut alias rationes, (quz donationē nō cōtinent) 500 illi dentur, nō posset accipere plus quā dimidium prouentus illius, per ea quz ad aliud p[ro]positū h[ab]it[us] p[re]s[er]t[er]it. us. Si quidē in foro conscientie illa pecunia nisi dimidiū illius census emi nō poterat. Addimus tamē, quod si tu omnibus illis pecunijs non indiges, sed septingentis, quibus tamen a me mutuo tibi datus p[re]dium, aut merces, quas expediret, emere nō possēs, & omnibus sic: & vt tibi mutuares, a lucri cessauit, accipere poterō interesse mille aureorum, vt recte Medina considerauit.

56. Noto decimo nono ex textu, & p[re]dictis, quod non possunt quidquā capere iuste ratione interesse lucri cessantis hi, qui nolunt, vel nō possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutant ad interesse: nec quē illi mercatores, qui certa pecunie summa ne-

h In cap. No. ut, de iudic. not. 6. d. n. 2.

i In C. de rebus resti.

ma negotiari interesse. & emptori interesse summas, negotiari negotiari p[re]t[er]iū sed solun capere p[er] cambijs:

57. Mon. 58. Mon. ta 59. Custo. p. 60. Mon. p. 61. Mon. p.

57. N. C. tibus p[re]t[er]i subuenie magnis Pietatis, latus alio nat, aut merate a nbus, pig mensibus soluerint ram custo recupera tuno. Ita gulis me ve dixi, vi Soto in l. 58. Prim. tem mut pio, & p tuandum salario, la restituen mihit, q non vide



ma negotiantur, & non maiori, & aliā, quam habent, mutuāt ad interesse. Neq; hi, qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus, reliquas pro interesse mutuunt. Neq; qui ab alijs sumūt grandes pecuniarū summas, quas alijs, atque alijs ad interesse tribuant, nolētes illis negotiari, nec census, vel alia frugifera emere, quamuis alias ad negotiationem habeant. Quia clarū est, nullos p̄fatorū posse p̄tendere vllum interesse verum, vel verisimile lucri cessantis, sed solum fictum, & inane. An autē ratione cambij, vel aliā iusta capere possint aliqui, dicitur k in commentario cap. fin. vbi de cambijs agit.

## SUMMARIUM.

- 57 Mons pietatis, & alia similia qualia sint.  
 58 Mons pietatis approbatur per Concilium, & Papam Leonem ex certa scientia, & modo specialissimo.  
 59 Custodia rei committitur ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat.  
 60 Mons pietatis non accipit a pauperibus propter mutationem, sed propter custodiam.  
 61 Montes pietatis communiter instituti non desinunt esse liciti eo quod possent melius constitui.

**N**Oto vigesimo ex textu, & p̄dictis, quod nō sine magno colore visum est aliquibus usurarium, id quod in montibus pietatis, & aliquot alijs similibus operibus exercetur ad subueniendū pauperibus in Italia, & alijs terris institutis: quod magnis viribus nititur probare Caieta. in Opusculo de monte Pietatis, quem sequitur Sot. a quia instituuntur hoc modo. P̄fatus aliquis, aut Dominus, aut opulētus homo, aut ciuitas donat, aut relinquit aliquam quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratę alicui loco, vel reipub. ea lege, vt mutuo dentur pauperibus, pignoribus acceptis, vt exiguum aliquod soluant singulis mensibus pro quantitate accepta, & pro tempore quo eam non soluerint pro victu, & salario ministrorum, qui sunt habituri curam custodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandā, & recuperandi, seruandi, & restituendi pignora tempore opportuno. Ita quod aliquid amplius vltra sortem mutuo datam singulis mensibus capitur ad p̄dicta onera sustentanda. Quod, vt dixi, visum est usurarium aliquibus, p̄sertim Caietano, & Soto in locis p̄dictis.

58 Primo quidem, quia mutuans palam capit aliquid vltra sortem mutuo datam. Secundo, quia alioqui liceret cuilibet homini pio, & priuato de p̄utate aliquā pecuniam, aut triticum ad mutuandum pauperibus, ea lege, vt caperet aliquid vltra sortem pro salario, labore, cura custodiendi, mutuandi, pignora capiendi, & restituendi ea tempore opportuno. Quia eadem in vtroq; ratio militat, quod tamen secundum omnes est falsum. Tertio, quod non videntur pauperes teneri custodire magis pecuniā, aut triticum.

Lib. 6. q. 1. 2.  
 art. 6. de iust.  
 & iur.



b Arg. l. 1. &  
l. necessario,  
ff. de petic.  
& commod.  
rei vend. & l.  
incendium,  
Cod. si certū  
per parag. is  
cui, inst. qui-  
bus mod. re-  
contrahi. ob-  
blig.  
c. self. 10.

d In rubri. &  
cap. 1. & cap.  
venerabilis,  
de consr. v.  
tit. vel inut.

e Cap. maio-  
res, 21. q. 1.  
cum alijs ci-  
tatis ibidem  
à glof.  
f. 2. 1. qu. 11.  
art. 2.  
g. Ca. h. est.  
h. Inc. Noui.  
de iud. not.  
3. num. 45. &  
seq.

i In d. self.  
10.

triticū, & pecuniam præfati homines: quia non est suum, nec est futurum suum, quoad vsq; mutuo acceperit. Quæ licet simul cū auctoritate Caiet. fuerint in causa, cur neq; in cathedra prælegendo, neque extra illam respōdendo super hoc contrariam sententiam asseruerim, nunc tamen eam assero. *Primo* quidem, quod Leo Papa decimus in Conc. Later. (cuius tenorem etiam doctus Ioan. Medina refert fol. 113.) per bullā patentem approbavit prædictos mōtes, & declaravit eos esse licitos, & sanctos, affirmans idem fecisse suos Prædecessores Paulum II. Sixtū IV. Innocent. VIII. & Iulium II. & nō vtrumque, & in forma communi approbavit, vt aliqui censent, sed ex certa scientia: De quarum approbationum differentia late tradunt Panormit. & Dec. d. & alij alibi. Neque vtrumq; approbavit, & declaravit ex certa scientia, sed recēdendo a gumēra vtriusque partis, & laudando multum montium huiusmodi institutores, & concionatores, qui eos persuaserunt, & Pontifices Maximos, qui magnas indulgentias eorum amplificatoribus concesserunt.

*Secundo*, quod respōsio, qua Caiet. præfato Cōcilio responderet, parum modesta videtur, & qualē magnus ille, idemq; in Concilia cecumenica, & maximos Pontifices maxima obseruantia D. Tho. Aquinas non dedisset, & quæ à Doctis. Medina satis confutatur. Et ego minus auderem dicere id quod præfatus Sor. vbi supra dixit, nempe omnia illius Concilij minime recepta fuisse. Tū quia significat præfatum approbationem parū nos obligare. Tum quia licet illa respōsio vtrumq; aliquid valere possit, quoad declarationes legum humanarū, quas Conc. fecit, cuiusmodi est exemplū, quod ibi uile ponit, nihil tamen valet quoad declarationes legum diuinarum, quæ ob id quod non suscipiuntur, non desinunt esse veræ, nec obligare. Non enim quisquam dicere potest Concilium in ista declaratione errare potuisse, cū hæc declaratio pertineat ad legem diuinam, & ad materiam definiēdi, an aliquid sit peccatum mortiferum, nec ne: in qua Cōcilio non potest errare, immo neq; Papa, quatenus est Papa, vt habet receptor sententia S. Thom. f. Pro qua facit g. cap. hæc est, & cap. quoniam vetus 24. q. 1. quæ latius retulimus alibi h.

*Tertio*, quod inter omnes, tam illos, quam nos conuenit, institutum esse, vt ministri, quibus iniunctū est onus custodiendi, mutuari, & recuperandi mutuo datum aut recipiendi, seruād, & instituendi pignora pauperibus, suam mercedē honestā habeant, & hæc illos habere debere ab eo qui ad illud tenetur. Et diuersitas in eo cōsistit, quod Caiet. & eius sequaces dicunt, quod ipsi mōtes, aut ciuitates, quæ ipsos suscipiunt, eam soluere tenentur, & non pauperes. Nos autem dicimus, quod pauperes, ad quos emolumentū illorum montium peruenit, tenentur, & non ipsi montes, aut ciuitates, in quibus ipsi constituuntur: quia id palā sensit Conc. i. dum pro ratione sue decisionis subiicit illa verba: *Qui commodum sentit, onus quoque sentire debet. Quæ est vna pars illius*

illius re-  
contra.  
esse da-  
rum, q  
perire  
rentur  
rei, a  
aut luc

Quar-  
bus ali-  
naretur  
millia-  
chirog-  
tantur  
soluen-  
cum ill-  
tinebit  
re, & c-  
merce-  
curam  
ticum,  
tiones  
neque  
derur,  
bus, q  
ta exig-  
minit  
60 N  
deo, q  
mutu-  
rū cō-  
quæ ad  
quate  
singul-  
esse in  
pietat-  
ad id  
nitate  
paupe-  
mont-  
potest  
alios  
cipali-  
Conc-  
modum  
61 Qu  
appro-  
quorū



illius regulæ iuris lib. 6. *Qui sentit onus, debet sentire commodum, & e contra.* Et patet prædictas pecunias, & præfatum triticum non esse data, vel relicta ciuitatibus, vel ciuibus ad commodum eorum, quatenus sunt tales, sed ad commodum pauperum: & si perirent, aut imminuerentur, illis solis perirent, aut diminuerentur, & non alijs: & secundum ius ad illum pertinet custodia rei, ad cuius commodum & vtilitatem custoditur, & cui perit, aut lucrifit. *k*

*Quarto*, quia iustum & firmum esset legatum, aut donatio, quibus aliquid pauperibus cum aliquo onere relinqueretur, aut donaretur: & consequenter iuste illis donari, & relinqui decem millia aureorum, cum onere, ut illa semper seruetur in arca, aut chirographis assecuratis iustis pignoribus, ut eis in usus suos vtantur, accipientes mutuo pignoribus datis, & statis temporibus soluendo, & nunc alijs, nunc vero alijs sint vsui & vtilitati. Et cum illorum solum commodis seruiant, ad illos solos etiã pertinebit illorum custodia: & consequenter illi debent contribuere, & conferre id, quod fuerit necessarium ad soluendam iustam mercedem ministris, qui datis idoneis fideiussoribus subierunt curam, & laborem custodiendi, & mutuandi pecuniam, vel triticum, chirographos, & pignora recipiendi, & custodiendi, solutiones recuperandi, & pignora restituendi. At nulla æquabilior, neque iustior contributio, & collatio, siue collecta fieri posse videtur, quam instituendo ut ab vnoquoque pro singulis mensibus, quibus mutuum durauerit, certum quid tribuatur, quod ita exiguum sit, ut verisimiliter non excedat iustam præfatorum ministrorum mercedem.

60 Non obstant in contrariũ adducta. Ad *primum* enim respondeo, quod pauperes mutuum accipientes nihil soluunt ratione mutui, sed ratione custodię, & administrationis montis, qui eorũ comodis custoditur, & regitur. Nã & Sorus confitetur, posse quẽ accipere aliquid à mutuuarijs pro officio, & obligatione, qua teneretur ad mutuandum eis, quod ipsum ante illum dixit singulariter Scotus *m*. Ad *secundum* respondeo, magnũ discrimẽ esse inter inter hominẽ piũ, de quo in argumẽto, & montem pietatis: quia illi specunia sua est, & si noller mutuare, nõ posset ad id cogi: dominiũ autẽ pecunię montis pietatis penes cõmunitatem pauperũ est, aut penes aliã, ea lege, ut tota eius vtilitas pauperibus cedat. Per quod in effectu fit sua, & administrator montis habet officiũ, & obligationem mutuandi, & ad id cogi potest. Ad *tertium* respondeo, negando custodiã illius montis ad alios quam ad pauperes principaliter pertinere, cum saltẽ principaliter sola ipsorum vtilitas in eo respiciatur, quod præfatum Concil. in præfata sessio. exprimit, illis verbis: *Cum pauperes commodum sentiant, etiã impensam, quã parua est, sentire debent.*

61 Quare nihil videmus quod in re tã sancta, & per tantũ Conc. approbata, damnandũ sit. Cõtravero videmus multa laudanda, quorũ laudib⁹ alij ad alia similia pia incitẽtur. Non obstat quod melius

*k* l. r. & l. necessario, ff. de pericu. & cõmo.

*l* Arg. 1. id quod pauperibus. C. de Episcopo. & Clerici. & l. si quis ad declinandum, eodem tit.

*m* In 4. dist. 15. q. 2.



melius esset constituere aliquem redditum annuum, quo sine onere aliquo pauperibus mutaretur. Tum quia hoc esse melius illo non arguit illud esse malum, cum bono vino detur melius, & virginitas, quæ melior est matrimonio, non arguit illud esse malum, cum sit vnum de septem sacramentis Ecclesie Christianæ, iuxta glossam redactam in canonem Concilij Tridentini p. Tum quia satis est, quod Concil. Lateranen. iudicauit præfatum modum constituendi montem esse bonum. Tum quia pecunia, qua constitutus esset annuus redditus in stipendium pro administratione adimeretur monti, & diminueret illum. Tum quia ex illa sola pecunia, qua præfatus redditus constaret, posset constitui mons alius paruus alicui populo satis aptus.

al. vbi autem non apparet ff. de verb. obligat. o. Cap. virginitatis. q. 1. p. iuxta. gloss. celeb. cap. veniens, de tractat. redactum in canonem in sessio. 24. Conc. Trid.

## SUMMARIUM.

- 62 *Vsura non est accipere fructus pignoris pro soluenda dote dati, noua ratione, sed alijs reiectis, etiamsi maritus non sit gener.*  
 63 *Bona omnia sunt communia inter maritum, & uxorem in Lusitania.*  
 64 *Dotem qui promittit, & non soluit, videtur promittere emolumentum quod mediocriter ex illa queri potest.*  
 65 *Vsura non est accipere certum quid pro dote promissa singulis annis.*  
 66 *Quod etiam vidua capere potest, &c. & talia statuta valent.*

**N**Oto vigesimoprimum ex textu, & supradictis, quod gener licite potest percipere fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in cautione dotis soluende, vt est casus c. *salubriter, de usuris a.* Quia non capit eos vi mutui veri, vel pignori, sed alia ratione, quæ à varijs varia redditur, vt b refert diligentissime doctissimus Doctor Didac. à Leiuca, & Couar. qui iam pridem multis annis auditor noster fuit studiosissimus in hac Academia Salmanticensi, eo maiore hanc nostram diuinam peregrinationem honorans, quo id candidius in suis præclaris operibus testatur. Nunc autem in magnū suarum literarum, & virtutum testimonium Episcopus factus est reuerendissimus, qui que postea euectus in illustrissimum totius Castellæ Præsidem, cum omnium magno desiderio hanc miseram vitam, ante vnum circiter annum, in alteram, vt merito creditur, felicem commutauit. Quæ tamen ratio satis iusta nobis adhuc non videtur inuenta. Nam illa qua est communis (scilicet quod illos accipit ratione damni emergentis, aut lucri cessantis) non conuenit. Tum quia non quadrat textui. Tum quia si conueniens esset, concluderet, nullam esse discrimen inter dotis, & alterius rei debitum, quod absurdum est. Tum quia quando certum esset, aut verissimile, maritum nullum damnum suarum facultatum passurum ob dotem non solutam, neque lucrum futurum ob illam solutam, prædictos fructus accipere non posset. Tum quia etiam quando ob id aliquod damnum pateretur,

a li. pater ff. de deli. mal. exceptio. b in cap. 1. li. s. variarū re solutionum.



ur, vel aliquod lucrum verifimiliter faceret, nequiret capere fructus, nisi posita ratione inter illud damnum, vel lucrū, & valorem fructuum, & nisi damnum, vel lucrum exequaret valorē fructuum: quod repugnat antiquissimę consuetudini, quę nunquam eiusmodi rationes, & calculum admisit, cum tamen consuetudo sit optima legum interpres *a*. Minus convenit secunda ratio, quam reddit Ioan. ab Anania *b*, cui nonnulli consentiunt, scilicet, quod accipit eos ratione damni emergentis, quod patitur in sustentanda vxore: quia vxorem sustentare non est pati damnum, sed debitum officiū prestare. Nō satisfacit etiā tertia, eademq; noua ratio Medinę *c*, puta, quod socer videtur donare illos fructus pignoris: quia præfatum cap. *salubriter*, nulli donationi innititur. Non etiam fatiat quarta, eademque nouissima Soti, quam reddidit *d*, nempe, quod maritus tenetur ad onera matrimonij sustentanda, quorum vnum est dotis custodia. Tum quia contextus non se fundat in custodia dotis.

63 Tum quia sequeretur, quod in Lusitania, & in alijs terris, vbi omnia bona inter coniuges fiunt cōmunia, non haberet locum præfatum *c. salubriter*, quod contra omnem morem, & consuetudinem est. Tum quia nullus vnquam alius vsq; ad ipsum dixit, custodiā dotis esse onus matrimonij: quin potius ipsius custodia, & reclusus eius vsus, sunt leuamē, & adiutorium, sicut & è contrario perditio eius, & sumptus, quos in alendo se, suaq; vxore, ac domo facit, sunt onera eius. Neq; etiam est idonea illa sexta doctissimi Fortunij, quam reddit *e*, quem olim secuti fuimus in hac ipsa Academia celeberrima, dum prælegeremus titu. de usuris, & præfatum *c. salubriter*, nempe, quod pater tenetur ad alendam, & sustentandam filiam suam, & ita fructus pignoris videtur donare pro alimentis eius, donec dotem soluat. Non, inquam, hæc est idonea. Tum quia sequeretur, quod illi textui non esset locus, nisi in genero recipiente pignus pro dote filię dotatis, quod etiam ipsemet fateatur, sed minus bene: quia is intellectus nimis restringit illum textum, semper enim seruatus est in omnibus frugiferis pignoribus pro soluenda dote acceptis, siue dētur pro dote filię, siue sororis, vel nēptis, siue cuiuslibet alius extraneę, quod palam sentit lex Lusitana *f*. Tum quia ratio, quam textus insinuat, peręque omnes videtur includere.

64 Quare videtur reddenda septima ratio, quę nobis videtur conuenientissima, videlicet, quod attento, quod dos traditur in vxoris patrimonium ad sustentationem onerū matrimonij, & quod intentionis dantis dotem est, vt illa seruetur, & non consumatur *h*, & quod oneribus matrimonij inseruiat, attentis item alijs multis priuilegijs dotis, de quibus amplissime per Baldum *k*, qui eam dat, aut promittit, non solum illam dotē expresse promittit, sed etiam præsumitur tacite promittere pro prædictis oneribus tantum emolumentū, quantum ex dote illa soluta salua existēte potest facere, siue decerpere aliquis homo mediocri prudentiā, & diligentia præditus ab illo tempore,

Tit

quō

*a* Ca. cum dilectus de consuetud. bto d. c. salubriter. n. 8.

*c* In C. de re situtio. q. 1. de viuris.

*d* Li. 6. q. 3. art. 2. de iur. & iur.

*e* In illatione s. de vii. l. i. iuris.

*f* Li. 4. tit. 1. para. de pado.

*g* Pomponius, ff. familia erciscun. h Vbi adhuc C. de iure dot. i ca. per vestras, de donation. inter viros & vxores. *k* N. uel. 4. de Dots.



quo illa est soluenda, & ab eo quo incipit maritus prædicta onera sustinere, usque ad solutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri cessantis mariti, & ita dans, & accipiens dotē, dato, & accepto pignore frugifero pro securitate dotis promissæ, videntur tacite pacisci, vt omnes, & soli fructus illi pignoris capiantur pro solutione illius emolumentum tacite promissi. Ad quod nos mouent primo prædictæ attentiones & considerationes, quæ colliguntur ex dicto cap. *per vestras a*, & d. lib. *vbi adhuc b*. Secundo, quod qui promittit centum clericis alicuius Ecclesie, cum onere dicendi vnam missam in qualibet hebdomada, & quod illa maneant semper salua, & quod incipiant dicere missas à tempore promissionis, & non soluit illa statim, satis profecto videtur promittere se soluturū redditus illorū centum promissis, quæ dicentur vsque ad illorum traditionem: qui enim promittit aliquid, videtur promittere id, sine quo promissum consistere non potest. *Tertio*, quod huic nostræ sententiæ generalis cōsuetudo consentit, & quod context. d. c. *salubriter*, insinuat in illis verbis: *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustinenda*: illa enim verba videntur significare eum, qui aliquam dotem promittit, obligari ad soluendum tantum fructum, siue redditum pro illa dote, quousque soluat ad sustentandum onera matrimonij, quantum aliquis homo mediocri prudentiæ, & diligentæ ex illa dote, salua ea manente, colligere potest. Per hanc decidēdi rationem sine vilo scrupulo respondimus cōtra id quod antea tenuimus in d. c. *salubriter*, cū illud, vt dictum est, interpretaremur hic Salmantice secuti Fortunium d: Nempe, quemlibet maritum, quamuis non sit gener eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, nō cōputando eos in dotem promissam, in quamlibet longum tempus solutio dotis differatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus: nisi contrarium expresse actum fuerit, scilicet, vt computentur in partem dotis fructus pignoris. Quia quælibet dispositio in dubio intelligitur facta secundum ius, & consuetudinem, iuxta cap. *cum dilectus e*, cum multis additis per Felin. f & per alios alibi.

65 Per eandem rationem decidēdi concludimus, maritum posse pacisci cum eo qui dotem promissit, & non soluit, vt quoad vsq; soluatur in singulos annos ad sustentandum onera matrimonij, tantum, paulum plus, vel minus soluat, quantum aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere possit: quod Panor. g & alij multi relati à præfato D. Didaco, vbi supra, & etiam Sotus tenent, quamuis contrarium visum fuerit receptius Ioan. Lupo h. Per hanc eādem rationem defendi potest id quod insinuat Sotus i, puta maritum qui dotem recepit, & heredes eius in causa diuortij, teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ de redditu dotis salua manente illa, dari possunt quoad vsque illi ea persoluantur, quia quemadmodum qui car. promissit, visus fuit in dubio ad id obligari, quoad

a Et fins. de  
dior.  
b Et l. pro  
oneribus, C.  
de iure do-  
cium, & d. l.  
Pomponius.

c Arg. j. ff.  
de iust. om.  
iud. c. prære-  
rea, de offic.  
deleg.

d In præd.

e De consue.  
& c. causam,  
quæ de rescri.  
c. cum M. de  
constit. l. fin.  
C. de fideiuf.  
f In d. c. cum  
M. & d. c. cau-  
sam.  
g Di. c. salu-  
briter.  
h In rep. c. co-  
per vestras,  
not. g.  
i Li. 6. q. 1. ar.  
2. de iust. &  
iur.



quoad solueret: sic videtur, quod in dubio tacite qui eam recipit, visus est ad idem obligari quoad vsq; illā restituat ei: Quia correlatiuorum eadem est disciplina, quando eadem ratio idem in vtroque suadet, secundum ius *a*, & traditur late per doctores, præsertim per Felin. *b* Nec vxor vidua, vel separata peccat accipiendo illud incrementum dotis, ea salua; quia non recipit illud vt vsuram ex mutuo palliato, sed vt quoddam onus promissum à dotante pro conseruatione dotis acceptatum, tã contra se, quam pro se ab accipiente illam, quod onus tanquã reale conitatur illam quoad vsque desinat esse dos, argumento cap. *ex litteris*, & aliorum que ad hoc supra citamus.

66 Per hanc eandem rationem possunt defendi statuta illa terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quousque illam soluant, & maritus qui recipit eam, & hæredes eius, quousque illam restituant vxori viduæ, aut separate, certum quid ex centum singulis annis soluant: quia sicut dictũ est, non lubent illud solui vt vsuram mutui veri, aut palliati sed vt quoddam debitum certum subrogatum loco debiti incerti, quod pro conseruatione dotis tacite promissit, quicam dedit & etiam tacite repromissit eadem accipiens, iuxta supra dicta: que omnia videntur esse memora bilia.

## SYMMARIUM.

- 67 Censu perpetuus licite emitur.  
 68 Quamuis recenter constituatur.  
 69 Et an qui in vita, aut decem, aut plures annos.  
 70 Et etiam qui pro voluntate venditoris constitui possit.  
 69 & 70. Licet is similior vsuræ quam alij sit.  
 71 Bartholomæus à Caranza laudatur.  
 71 Censu redimibilis quot conditiones requirat.  
 72 Que omnes an probentur quibusdam extrinsecis.  
 73 Censu realis in persona libera constitui nequit.  
 74 Nec personalis, nec ius pignoris.  
 74 & 76. Præsertim quod forum exterius.  
 75 Venditor nihil perdit re emptã pereunte.  
 76 Emptio cum pacto de retrouendendo, & in minori pretio quando præsumitur vsuraria.  
 77 Emptio animalium qua non sunt, vt vsuraria.  
 78 Censu realis pro rebus non necessarijs reipub. perniciosus.  
 78 Et personalis perniciosior, & seq  
 79 Homo liber non datur in pignus, neque in seruitutem ob debitum ciuile.  
 80 Et vt venditio eius valet.  
 79 & 80. & 81. Exhortatio ad personales census dissuadendos.

67 **N**Oto vigesimosecundo, quod ex textu, & prædictis colligitur, magnæ questionis esse, An, & quando emptio, & venditio census sit, & ceteri debeat vsuraria: de qua sæpe in prælectionibus publicis, & consilijs, aliquos responsis ad



interrogata datis locuti sumus, & tandē in Manual. Cōfess. Hispano a paulo latius scripsimus, quē in hoc Cōmen. dilatauimus. Pro quibus postea in eod. Manual. latinitate donato solū inseruimus extrauag. sc̄el. re. Pij V. infra relaram, remittendo nos ad hunc locum. Dicimus itaq; *primum*, censum esse ius quoddā recipiendi aliquam pensionem pecuniā, aut alterius rei utilis in annū, mensem, aut aliud tempus *b. Secundum*, quod antiqui dubitarunt, vt refert Innocent. e an licita esset emptio huiusmodi census, etiam perpetui, & antiqui, & irredimibilis: quia paria esse videntur mutuare centum in viginti annos, eo pacto, vt singulis annis mutuarius reddat mutuanti quinque pro lucro, & emere cēsum annuum quinque pro centum. At illud palam est vsura, per definitionem vsuræ supra d. datam: ergo & hoc e.

Sed contrarium ipsemet tenet Innocent. recept. ibidem per omnes: quia census antiquus est res vendibilis, & consequēter iusto pretio emi potest *f. similior tamē est vsuræ, quam emptio alicuius prædij, secūdū Peti. Anch. in disput. illa solenni, quē incipit, antiquis, & modernis temporibus, quā late refert Ioā. Ananiag. 68 Tertium*, quod aliqui dixerunt, quod non licet emere cēsum noue cōstituendū à cēsuario: quia nō videtur emi iustē antequā sit, & quia videretur verē fieri mutuū, & fingi veditio cōtra tit. plus valere quod agitur. Sed cōmunis tenet contra. Tū quia nondū nata possūt vēdi *h. & legari i. & stipulari k. Tū quia in dubio nemo presumitur fingere, & peccare l. Tū quia qua ratione aliquis potest donare alteri reditū annuū duoiū, vel triū aureorū super aliquo prædio suo, eadem poterit & vendere illū ei, vel alteri m, quē est ratio Conrad. n & aliorū. Quē tamen parum valet: quia in constitutione census per donationē non potest esse vlla fraudis vsurę suspicio, & in ea quæ fit per pecuniam sic: quod à præfatis non animaduertitur. Sed omiſsa ratione illa probant alia præmissa conclusionē cōmunem, quamuis emptio census noue constituendi similior sit vsuræ, quam emptio census antiqui.*

69 *Quartum*, quod licita etiā est emptio census in vitā emptoris, aut venditoris, aut vtriusque, cū pacto vt sua morte finiatur etiā obligatio restituendi pretium quo constitit, iuxta Innoc. & cōmunem o, & late Panor. disput. 5. Quamuis visum fuerit alicui Philip. Dec. p cōtrarium sensisse: sed si satis perpendatur, longe aliud est quod dicit, & multę aliæ coniecturæ occurrebant in casu ei proposito. Plus tamen obstat extrauag. illa noua sc̄el. re. cor. Pij V. infra relata num. 94. in cuius 16. gloss. hoc tangemus.

*Quintum*, licitam etiā esse emptiōnem census in certos annos, vt in sex, decem, quindecim, aut viginti: quod perspicuum est, quando pensio omnium illorū annorum non est maior, quam pretium quod pro illa accipitur, sed si maior sit, verbi gratia, si pro pensione decē in singulos annos centum aurei in quindecim annos darētur, suspicio maior inesset: semper tamen si pretium fuit iustum, iuxta arbitrium boni viri, emptio licita foret, nec censeretur p̄cta ad palliandas vsuras, vt declarauit Conrad. q

De

a In ca. 17. 2 n. 232.

b Arg. c. perueni, de censib. & c. p̄t. terea, de iur. patron.  
c In c. in ciuitate, de vsur.  
d Not. 5.  
e Arg. l. illud, ff. ad l. Aquil.

f Infit de empt. in princip. & parag. 1.  
g In d. c. in ciuit.  
h l. nec emptio ff. de contrah. empti.  
i l. cum Titius, ff. de tritico, vino, oleo, leg. f. in interdum, ff. de verb. oblig.  
l Ca. 2. de reg. iur.  
m Arg. c. dudum, l. 2. d. de electio.  
n De contr. q. 79.

o In d. c. in ciuitate.  
p Conf. 125.

q Vbi supra, q. 79. & 80.

De h  
est, p  
empt  
70 Se  
est, q  
Quo  
Man  
exp  
pote  
esse,  
ditiq  
p̄di  
illud  
alia s  
quod  
dabat  
deret  
non  
sus p  
redde  
71 C  
p̄d  
rimus  
cus, c  
sex in  
in ali  
& Ca  
Sep  
illis n  
rum, f  
tur, ill  
censu  
non h  
dium  
censu  
sent, q  
tamen  
72 Pri  
aliud  
pe fui  
pereū  
sublat  
lum d  
nem t  
p̄dij  
quod  
multu  
euntib



De hoc tamen idem videtur dicendum, quod de proximo dictum est, per præd. extrauag. Pij V. & glos. 18. illi adiectam. Hæc tamen emptio similior est usuræ, quam aliæ prædictæ.

70 Sextum, licitâ esse emptionem census perpetui redimibilis, id est, quæ venditor tollere, siue redimere pro sua voluntate potest.

Quod duo Pontif. in duabus extrauag. suis declararunt, scilicet, Martinus V. a & Calixt. III. b Notandum tamen est prædictos Põ.

a In extra. de emptio.  
b In extran. 2. eiusdem titi.

expresse nõ declarasse omnem emptionem census, qui redimi potest, licitâ esse, & pro tali habendam: quia solû declarant tales esse, quæ in suis extrauag. referuntur, & cum certis modis, & cõditionibus erant factæ.

Quarum prima est, quod venditor certû prædium, in quo census cõstitueretur, soluebat.

Secunda, quod illud solû illius solutioni obligatû retinebat, & non ipse, neq; alia sua bona.

Tertia, quod pretium illud soluebatur.

Quarta, quod statim illud totû tradebatur.

Quinta, quod vënditori optio dabatur, totum, aut partem, quâdo, & quomodo melius sibi videretur, redimedi.

Sexta, quod venditor ad redimendû censum non obligabatur.

Septima, quod prædicto prædio pereunte census periret.

Octaua, quod prædium, in quo census cõstituebatur, redderet saltem tantum, quantum census venditus valeret.

71 Quas condiciones iam diu in hac Salmanticensi Academia præd. extrauag. prælegendo nos collegimus, sed postea celeberrimus Doctor Pater Bart. Caranza, magnû Dominicanorû decus, conterraneus noster, præfatas octo condiciones redegit in sex in summa Concil. pag. 618. in his quæ sunt paræ formæ, & in alijs quæ sunt mediocris, pag. 387. vbi postquâ de Martino V. & Calixto III. tractauit, retulit præfatas eorum extrauagantes.

c Li 6. q. 5. ar. 1. de iust. & iuro.

Septimum, quod aliqui (de quibus nunc est Sotusc.) dicunt in illis non probari secundam, & septimam cõditionem prædictarum, scilicet, quod solum prædium super quo census constituitur, illius solutioni obligatum maneat, & quod illo perduto, etiâ census perdat: dicunt enim, contextum illarû extrauagantiû non habere, quod census nõ possit à venditoribus exigi, si prædium censui addictum periret, sed solum habere, pretium pro censu datum exigi non posse: & quod si auctores earum sensissent, quod nec census exigi poterat, etiam id expressissent, qui tamen nostro iudicio male illas interpretantur.

72 Primo quidem, quod non ideo id exprimere omiserunt, quod aliud sentirent, sed eo quod de illo, non dubitarent: visum quippe fuit eis, quod sicut sublato cemeto paries ei nitens corrui, sic pereunte prædio cui cõsus inhæret, ipse quoq; census perit: quia sublato fundameto necesse est corruere fundatum d: & ideo solum dubitabatur, an qui pretia recepissent, ad eorum restitutionem tenerentur, cum census ob quos data fuerunt, pereuntibus prædijs perirent e: & ad hoc dubium Pontifices respondent, quod non.

d Ca. cõ Pan. l. 1. q. 1.  
e Arg. c. cum cessante caus. in cessor esse. de app. l. 1. adigere, par. quauis, ff. de iure patron.

Secundo, quod præfata extrauagantes tamquam rem multum dubiam declararunt, quod venditores censuum, pereuntibus prædijs, super quibus fuerant impositi, non tenebantur.

Cõfess. Hif-  
ilatauimus.  
solû infer-  
endo nos ad  
quoddâ re-  
rei utilis in  
antiqui du-  
huiusmodi  
quia paria  
facto, vt sin-  
pro lucro, &  
id palam est  
& hoc e.  
ibidem per  
consequenter  
nam emptio  
anni, quæ in-  
dâ. Ananiag.  
mere cõsum  
istè antequâ  
õtra tit. plus  
quia nondû  
in dubio ne-  
tione aliquis  
reorû super  
vel alteri m,  
valet: quia  
esse vlla frau-  
quod à præ-  
probant alia  
census noue  
s antiqui.  
tâ emptoris,  
finiatur etiâ  
Innoc. & cõ-  
fuerit alicui  
datur, longe  
currerant in  
noua scel. re-  
c tangemus.  
ertos annos,  
spicuum est,  
maior, quam  
erbi gratia, si  
ei in quinde-  
tamen si præ-  
o licita foret,  
quit Conrad. q  
De





bantur ad restituendū pretia pro eis accepta: at non fuisset res valde, neque vllatenus dubia, si pereuntibus prædijs restassent obligati ad soluendum census, qui acceperunt pretia eorum: nā quamuis illa non perijissent, non tenebantur illi ad restituenda pretia nec ad redimendum census, vt ex illarum tenore constat.

*Octauum*, quod in prima, & secunda editione Manual. Confel. nobis, sicut & alijs multis, visum fuit, prædictas extrau. nō probare illicitas esse empriones redimibiles centuū, quæ sūt abiq; omnibus conditionibus, cum quibus factæ fuerunt illæ, de quibus ipsæ loquuntur, quia solum probant illas sufficere, vt illæ iustæ sint, non autem probare illas requiri, cum longe aliud sit aliquid requiri, & sufficere. Propterea in prædictis editionib; diximus, aliquas ex prædictis conditionibus non esse necessarias, & post hæc prædictus Sotus dixit nullam prædictarū conditionum esse necessariam præter illam iusti pretij, & illam, vt venditor ad redimendum centum non teneatur.

g Iuxta gloss.  
sing. c. itaru.  
tum, in princ.  
verb. canoni-  
cis. de rei.  
crip. l. 6.  
h In summa,  
in l. 6. a. 1. de  
iur. & iur.

73 *Nonam*, quod etiam meditationē visum est nobis primam octo prædictæ extrau. conditionum esse necessariam. Tū quia prædictæ extrau. id significant. Tum quia in ea sumus sententia, vt centum in persona libera constitui non possit, saltē sine vsuræ præsumptione, vt mox in dicto sequenti probauimus. Tum quia hic de censu reali, qui in bonis constituitur, disputamus. Tum quia accidens sine subiecto consistere non potest: & census respectu prædiorum, in quibus constituitur, est tanquam accidens. Denique quia in nulla parte iuris agitur de censu reali, qui super re aliqua certa non esset constitutus. \* Admonemus autem nunc Lectorem, prælat. D. Barthol. à Caraza, virum alioquin vigilantissimū, aut certe correcto in sua summe, per nonnullam incogitantiam dixisse vbi supra primam conditionem esse, vt vendens designet, & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius emat. Tū quia non habent extrauag. præfatæ, vt is qui vendit censum, vendat prædium super quo ille imponitur. Tum quia alioquin vendens censum venderet etiam prædium, quod contra ius, & omnem morem est: alioquin enim census constitueretur super re, & prædio ementis, & non vendentis. Mens autem eius fuit dicere, quod censuarius debet designare rem aliquam super quam imponatur, & alius emat illum illi rei impostum.

i l. si seruum,  
parag. 1. ff. de  
act. empr.  
Bald. in l. 2. c.  
de bono pos-  
sels. contra ta-  
bul.

74 *Secunda* etiā conditio, scilicet, quod res illa sola, super qua census imponitur, obligetur, ad id necessaria videtur. Tū quia prædictæ extrauag. id significant, vt dictū est in sexto dicto. Tū quia si persona venditoris census, & alia bona ipsius ad eius solutionē obligata manerent, non conferetur emptio census realis, de quo agimus, sed personalis, de quo nūc nō loquimur: aut esset constitutio pignoris, & obligatio securitatis pretij accepti, & solutionis census, quod vsuræ esset palliata: quia contra naturā est venditionis, & emprionis, vt venditor se & sua bona ad perpetuā securitatem rei venditæ obliget; cum res emptæ periens post traditionem

ditio  
75 T  
set, ac  
sus, e  
iure a  
quod  
possi  
tor p  
euidi  
fructi  
pugn  
76 Te  
neces  
scienc  
di cen  
iniust  
dixim  
siquic  
tioner  
est, præ  
simili  
rerum  
Quar  
ria vid  
creden  
tium,  
in suo  
bet, eu  
quam  
cum n  
iam vi  
data a  
quāda  
pter si  
aliarum  
Tum c  
uit ei,  
Quint  
saria d  
nisi pl  
mi pos  
ad effe  
non re  
iusto p  
ex pac  
vsurar  
Sex  
dum c  
77 S



ditionem emptori pereat, & non venditori a.

75 Tum quia licet venditor census iuste se, suaq; obligare possit, ad assicurandum, quod prædium, super quo imponitur census, est suum, & potest super illo imponere illum censum, quia iure ad id tenetur ratione euictionis b; non tamē ex eo sequitur quod se debeat obligare ad soluendum censum illi prædio impositum, quamuis illud pereat, cum id iniustum sit: sicut venditor prædij tenetur quidem ad præstandam cautionem de illius euictione, non tamen tenetur præstare cautionem de soluendis fructibus eius, quamuis illud pereat, cum id iniustum sit, & repugnans omni rationi iuris diuini, & humani.

76 Tertia conditio, scilicet, quod pretiū sit iustū, quāuis non sit necessaria ad hoc vt emptio census sine illo facta in foro conscientie dicatur usuraria, si vere venditor habuit animū vendendi censum, & emptor emendi eum, sed sic quoad hoc, vt nō sit iniusta inducens obligationem ad restituendum, per ea quę late diximus c, & ad hoc, vt in foro exteriori non censeatur usuraria: siquidē paruitas pretij, cum pacto de retrouendendo, presumptionem usuræ interdum inducit, vt in Manual. Conf. d dictum est, præsertim in contractu emptionis, & vditionis census, qui similior est aliquo modo contractibus usurarijs, quam aliarum rerum emptiones, vt vbi supra e dictum est.

Quarta, scilicet, vt totū pretium statim soluatur, etiam necessaria videtur, etiam in foro conscientie: quia emptor non debet credere, quod venditor sponte dat dilationem ad soluendum pretium, (licet ipse dicat) siquidem presenti necessitate impulsus, in suo prædio census constituit: quemadmodū nec credere debet, eum, qui mutuū accipit, sponte sibi usuram promittere, quamuis id ille affirmet, iuxta omnes post S. Tho. f qui dicunt, eum per quandam vim necessitatis promittere. Necessaria etiam videtur in foro exteriori. Tum quia illa dilatio partis pretij data ab homine compulso necessitate ad vendendum censum, quādam similitudinem mutui usurarij significare videtur, propter similitudinem maiorem quam habet emptio census, quam aliarum rerum emptiones, per prædicta in sex prioribus dictis. Tum quia videtur minus iusto pretio dare, qui statim non soluit ei, qui necessitate ductus censum vendit g.

Quinta, vt scilicet in totū, vel in partes redimi possit, etiā necessaria dici potest, ad effectum, quod esset iniusta emptio census, nisi plus pro eo daretur, interueniente pacto, ne per partes redimi possit, quam cum facultate redimendi per partes: immo & ad effectum ne usuraria censeatur, nisi plus detur, cum pacto de non redimendo per partes, quam cum contrario: quia minus iusto pretio datur, propter quod, & facultatem redimendi, quæ ex pacto de retrouendendo descendit, posset fieri, vt interdum usuraria putaretur, vt supra tactum est.

Sexta, scilicet, quod vendens non teneatur redimere, secundum omnes, est necessaria.

77 Septima, scilicet, quod perempta re censuaria pereat census,

a ti. ff. C. de peri. & commod. rei veda.

b tot. tit. ff. & C. de euictionibus & fin. de emptione.

c In c. nouit. de iudic. nota c. n. 70. & seq. d. Cap. 17. n. 149.

e Bod. c. nu. 75. & 76.

f s. 2. qu. 78. art. 1. ad 7.

g Arg. c. 1. 50. plus petitio. parag. plus autem inst. de actionib. l.



ex secunda sequitur, & per eam probatur esse necessaria.

*Octava*, scilicet, ut prædij reditus æquet, aut superet censum in eo constitutum, nonnullis non videtur necessaria. Tum quia magis emptori census, quàm venditori fauet: siquidẽ venditor liberatur relinquẽdo prædiũ cum suo censu emptori, per secundã conditionẽ. Tum quia illa ex prædictis extrauag. non videtur colligi, neque nos, quando eas Salmanticę prelegebamus, eam collegimus: sed nõ est verum. Tum quia nemo emit cẽsum super prædio aliquo, quod sciat non reddere tantum. Tũ quia pro constituto habetur, ut diximus in Manua. Confess. a (secuti Angel. b & Maior. c & Syluest. d) eũ, qui emit prædia, aut pecora, ab his qui nõ habẽt, aut plura quã habẽt, & ea eisdem locat, vsurarium esse: cui satis similis est is, qui emit censum super prædio quod nõ est, aut nõ tantos proventus affert, quantus est cẽsus.

*Decimum*, quod per dicta cõcludimus, tenendum esse, omnes prædictas octo cõditiones respectibus prædictis necessarias esse. *Primo*, per rationes ad earum probationes adductas. *Secundo*, quia sicut supra insinuatũ est eodẽ cõmẽtario e, omnis emptio census, etiã antiqui, aliquã similitudinem cum vsuraria habet, & multo maiore emptio noui, qui per eã constituitur, quãuis sit perpetuus, & sine pacto facultatis redimendi, & tollendi, & longe maiorem emptio census, cum pacto facultatis tollendi, & adimendi, quã adeo magna est, ut in prædictis extrauag. dicatur, quod etiam factæ cum prædictis conditionibus, quæ vsuræ præsumptionem, & iniustitiam diminuunt, pro vsurarijs à multis habebantur, & pro talibus dissoluebantur, quousq; per eas declaratũ fuit, eas, quæ cum illis factæ essent, licitas esse, significando, reliquas non esse pro talibus habendas. *Tertio*, quia pactum, quod de retrouendendo appellatur, in qualibet cuiuscumque rei emptione adeo magnam vsurę suspicionem affert, ut ipsum, & defectus iusti pretij, pro vsuraria haberi eã faciat, iuxta glo. singul. communiter receptam, secũd. Anton. Burgen. g & Decium h. Et constitutio noui census ad habendam per eam pecuniam sine prædictis conditionibus, videtur tantã, aut maiorem vsuræ suspicionem inducere, quam pretij paruitas. Ergo illa cum pacto facultatis redimendi (quod in effectu est de retrouendendo) pro vsuraria cẽseri debet, si fiat sine prædictis conditionibus, quæ hanc præsumptionem tollant.

78 *Quarto*, quod quamuis hæc sententia necessario probari nõ posset contra eum, qui mordicus contrariam defenderet, tenenda tamen est: quia neque contraria probari posset cõtra eũ, qui hanc tueretur. Et hæc eo maiore fauore digna est, quo magis cõuenit vtilitati animarũ, & cõseruationi rerũ priuararum, immo & publicarum. Sunt enim plurimi, qui sua bona huiusmodi censibus onerant ad quædam minime necessaria, & ad quædam superflua, immo & mala, qualia sunt profana, vana, & interdũ noxia, vel turpia. Quo fit, ut dum nec cẽsus constitutos soluere possunt, nec licentiose viuendi consue-

a Esp. 17. nu.  
229.  
b Verb. vsura  
1. parag. 7.  
c In 4. d. 15.  
q. 46.  
d Verb. vsura  
2. q. 6.

e Num. 74. &  
77.

f C. conque-  
Ans. de vsur.  
communiter  
recept.  
g c. ad nostrã  
de emptio.  
h Confil. 167.



rudinem sustentare, facile fidem fallant, & decoquāt, & relictis  
 vxoribus, & liberis, cū magno publicæ priuatæq; rei detrimen-  
 to solū verāt, & peregre in longinqua proficiscantur: quæ ma-  
 teria delinquendi est amputanda *i*, & respub. fouenda *k*, etiam  
 in his, quæ mediate tantū illā contingunt *l*. Confirmantur præ-  
 dicta, eo quod Innoc. IV. grauiissimus auctor, quamuis fuerit in  
 primis eorum, qui dixerunt licitam esse hanc emptionem cen-  
 sum nouorū, addit tamen omnes Christianos se ab illa debe-  
 re abstinere: in quo nemo illi aduersatus est. Ex quibus omni-  
 bus iustum esse intelligitur statutum quoddam S. Mariæ Gua-  
 dalupæ, cum eo quod in eius copioso Commentario dicitur.  
 79 *Vndecimum*, quod ex his sequitur, non esse tenendū id quod  
 prædictus Sot. tenuit *a*, & Couar. *b* nempe licere alicui censum  
 constituere super sua sola persona, sine designatione aliquorū  
 bonorū: quod etiam ante tenuit Conrad. *c* Contra quos faciūt  
*primo* conclusio præcedens, & omnia eius fundamenta. *Secundo*,  
 quod contrarium eius quod Sotus dicit, affirmant Innoc. Host.  
 Ioann. Andr. Ancha. Ant. & Card. Panorm. & Ioan. Anania *d*, &  
 rursus Panorm. *e* & Angel. *f* Barthol. Cassan. *g* Lauren. Rodul. *h*  
 & S. Anto. *i* & fere omnes. *Tertio*, quia est inuentio noua, qua  
 nunquam Respub. Romana, saltem posteaquam Christiana fa-  
 cta fuit, vsa est, nec passa, vt census, & pensio in persona libera  
 constituerentur, quomodo in prædio aliquo constituitur. *Qua*  
*re* tanquā res insolens, & noua, malique exempli ablegāda est.  
*Quarto*, quia eiusdem Reipub. Romanæ legibus cautum est,  
 ne liber homo pignori detur *l*, neque in eo ius reale, quod ius  
 pignoris dicitur, constituatur, adeo vt creditor, qui tale pignus  
 accipit, pœnā incurrat *m*. Et certum est, ius census maius onus,  
 quam ius pignoris esse: quia per pignus nihil aliud dat debitor,  
 quā debiti securitatem, & per centum sic, vt colligitur ex *l. r. n*  
 & ob id, qui pecunias habet, mauult emere cēsum, quā eas pro  
 pignore dare. *Quinto*, quod quamuis, secundum leges Reipub.  
 seu veteris testamenti Hebræorū, poterat se debitor, filiosque  
 suos in quandā seruitutem tradere, vt sacra scriptura significat  
 o, licet non esset vera omnino seruitus, vt dicit S. Tho. *p* Quāuis  
 item tempore, quo leges duodecim Tabularum institutæ fue-  
 runt Romæ, quo tēpore adhuc Respub. inculta, & minus hu-  
 mana, & minus morata erat, debitor, qui, vnde solueret, nō ha-  
 bebat, se ad tempus creditori in seruitutē dabat, vt Bud. *q* & a-  
 lij declarant: ex illa tamen duritia multa mala, & magnū peri-  
 culum reipub. Romanæ euenisse narrat Titus Liuius *r*, qui lib.  
 7. scribit, iustum fuisse ne quis fœneraretur. Et alibi ait ob  
 quandam crudelitatem, & turpitudinem, quam quidam credi-  
 tor in adolescentem quandam suum debitorē exercuit, omnes  
 debitores ab obligatione corporum senatum liberasse, fanciē-  
 do, vt bona debitorū, & non corpora accipi possent. Et Solon  
 videns, quod homines propter facilitatē constituendi ius pig-  
 noris in suis personis, inueniebāt qui sibi mutuo ad vsuras da-  
 rent,



8 Lib. de vi-  
randa vsur.

rent, & se illis onerabant, statuit, vt nemo pignori suum corpus ob mutuū acceptum dare possit, vt refert Plutar. s quanto magis sanxisset ne census constitueretur, cum sicut dictum est, census sit grauius onus pignore. *Sexto*, quia facultatem constituēdi census in solis personis inducere, esset nos ipsos ad illam duritiam antiquam magnorum malorum fontem reducere.

*7o Septimo*, quod quamuis teneremus, posse aliquem se vendere, aut se alicui ad tempus, aut perpetuo in seruum tradere, eo quod licitum sit, secundum ius naturale, & diuinum, & non prohibitum humano: tamen non ideo licitū esset in se manente libero ius census constituere, quia lex humana iusta vctat, ne in persona libera ius pignoris possit constitui, libera ea manente, & consequenter nec ius census, quod maius quam pignoris est. Neque dubium esse potest, quin interrogatus legislator, idē de censu, quod de pignore respondisset: & ita habendum pro lege.

8 iuxta glof.  
singl. cae pa-  
sum, parag.  
qui prouoca-  
nit. ff. de pa-  
sis.

*8o Octauo*, quod quamuis rationes partis aduersę probaret, hunc censum redimibilem in sola persona absque alia bonorum designatione coram Deo licite constitui posse, apud homines tamen censeretur constitui ad palliandas vsuras. Nam si alicuius prædij emptio cum pacto facultatis redimendi, dum

ne. significā-  
te, & c. illo  
vos, de pign.

libuerit, sepe vsuraria cęsetur: & si aliquot grauissimi doctores tenuerunt emptionem census noui, etiam perpetui, & super prædij absque personæ obligatione constituti, vsurariam habendam esse: & si alij multi tenuerunt, saltem eraptionem censuum redimibilium talem existimandam esse, etiam si cum prædictis octo conditionibus hanc præsumptionem minuentibus fieret: & si adeo magnum dubium fuit, vt à duobus summis Pontificibus oportuisset resolui in præfatis extrauag. æquod esset licita illa, quæ cum prædictis conditionibus fieret: quis dicere audeat, censum in persona sola constitutum cum facultate redimendi, non esse censendum vsurarium? *Nono*, quod contraria opinio præcludit viam mutui gratuiti petitioni, eo quod quiuis pecunia egens erubescet petere gratuito ab alio, cum responderi ei possit, vt constituat iustum cęsum pecunię, quam petit, quod per viam emptionis, & non mutui recipiat, cum supra suam personam tam facile illud constituere possit, quam facile potest eam solutioni eius obligare. Et ita quadamtenus ianuam charitati claudit, & cupiditati aperit: pauci enim gratis mutuarent, cum mallent in pretium census tradere, ostiumque vsuris palliatis aperire.\*

11. & 2. de  
emptio.

*81* Multa denique alia inconuenientia infertur ex contraria opinione mōstrabam hoc in loco sermone Hispano, quo à Christiana repub. exploderetur, & nemini arrideret: ob quę scio in prætorijs Hispaniæ tam seularibus, præsertim supremis, quam Ecclesiasticis decretum fuisse, huiusmodi censum personalem vere, vel præsumptiue saltem vsurarium esse iudicandum. In quorum omnium locum subijcio extrauag. illius opinionis expultricem, quam scilicet. Pius V. post nostrum in urbem appul-

sum

sum ed  
biliter  
moque  
que sig  
tissimu  
à nobis  
Urbe  
ge glor  
eadem

82 Ex  
83 Cen  
83 Im  
84 Cen  
85 Cen  
86 Et  
86 Sol  
86 Cor  
87 For

89 Lan  
90 Cen  
91 Cen  
92 Cen  
93 Pr  
94 Fo  
94 Ce  
94 Ce

Pi

82

stus an  
terius  
stimulu  
rua, n  
piarum  
th sero  
stitutio  
nullo m  
sua nat  
Rursur  
tario



sum edidit, auditis satis, & perpensis, quæ nos in hoc 22. notabiliter scripsimus, suggerente illa ei eruditissimo probatissimoque viro Doctore Cornejo, siue Cornelio Lusitano, vtriusque signaturæ Referendario (qui noster olim fuit auditor ardentissimus) & ob id mineralibus insignibus magno cum gaudio à nobis ibidem donatus: quem tandem egregiam laudem in Vrbe meritum, ad præmia æterna, vt pie creditur, à summo Rege gloria Christo vocatum, non sine magno, sed pio dolore in eadem extulimus.

## SUMMARIUM.

- 82 Extravagans Pij V. de modo constituendi census.
- 83 Censu in constituendo seruanda octo etiam olim seruata.
- 83 Immo & alia totidem.
- 84 Censum super censu poni posse.
- 85 Censu pretij solutio presens vt fraudatur.
- 86 Et quod non sufficiat testatio Notarij de confessione receptionis.
- 86 Solutio anticipata vt valet hic minus.
- 86 Compensationi cur non est hic locus.
- 87 Fortuiti casus renunciatio in hoc casu non valet: & optatur, us etiam in alijs contra ius ordinarium renunciaretur.
- 89 Laudemium ob rem censuariam venditam vt debetur.
- 90 Censu pretium nequit esse debitum, nec debendum.
- 91 Censu contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.
- 92 Censum redimendi facultatem consuetudo nec immemorialis tollit.
- 93 Presumptio immemorialis vt fortior centenaria.
- 94 Formam contra vel præter datam facta non valent.
- 94 Censu qui contra formam extranag. constituti valent.
- 94 Censu perpetuos quales non includit hæc extravagans.

## PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

82 **C**VM onus Apostolica seruituti obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactionibus, propter ardentem auaritia stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præ se ferunt, non potuimus, animarum, prout tenemur, saluti consuantes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfaciennes, tam graui morbo, lethiferoque veneno saluari antidoto non mederi. Hæc igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constitui, & nullo modo posse, nisi in re immobili, aut qua pro immobili habeatur, de sua natura fructifera, & qua nominatim certis finibus designata sit. Rursum, nisi vere in pecunia numerata, presentibus testibus, ac Notario, & in acta celebrationis instrumenti, non autem prius recepto in-

segro,



regro, iustoque pretio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conventiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eam, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam: quia volumus rem ipsam semper, & libere, aut sine solutione laudemij, seu quinquagesime, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter vivos, quam in ultima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominium census alijs omnibus preferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius eodem contractu, sius aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam partem cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo & censum augeri, & nouum creati super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem, aut persone per eum supposita pro censibus temporis, vel preteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte affecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguui, non obstantem etiam longissimi temporis, ac immemorabilis, immo centum, & plurium annorum prescriptione, non obstantibus aliquibus pactis, directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocumque redditum extinguui posse, prauia tamen semper denuntia, de qua supra: & non obstantibus his, de quibus supra: idque obseruari mandamus, etiam quod pluries, aut pluries denuntiatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum predictum ab inuito, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractusque sub alia forma posthuc celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita, illis propterea non obstantibus, quidquid vel expresse, vel tacite, contra hec nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, a fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam, quod in creato quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum, nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenierunt census, hortamur in Domino, vt singulos

galos con  
saluti ca  
Kalena

33

nis So  
runt ac  
bi, & a  
iorem  
do prin  
dendo

Prin  
esse in  
nes,  
censu  
derun

Prin  
proba  
fola re  
Tertia  
torum  
vendit

Sexta  
uito. S  
tolum,  
tum, q  
tur ex  
quod  
apte d  
verba

Glo  
potest  
condi  
sed no  
res in  
fera, &

statu  
84 E  
tu, qu  
pro re  
per ce  
soluit

85 G  
ad cen  
quod  
Nota



galos contractus censura bonorum religiosorum subiciant, & animarum salutem consulant. Non obstantibus, &c. Datum Romæ, anno 1568. 14. Kalend. Februarij.

33 **Q**uoniam quidem in Manual. Confess. a diximus, nos huic extrauaganti hoc in loco addituros esse aliqua: quoniam item quidam amici illustrissimi ordinis Societatis IESV, viri egregia pietate, & eruditione attulerunt ad me multa circa præfatam extrauagantem dubia, quæ sibi, & alijs sui ordinis post eam editam occurrerunt, paulo maiorem, quam putaram, commentarium in eam faciam. Addendo primo octodecim gloss. Deinde quærendo, & breuiter decidendo multa, quæ ad hanc extrauagantem propius attinent.

Prima igitur glossa fuerit, quod per eam probatur, seruandas esse in cuiuscunque census constitutione omnes octo conditiones, quas supra b diximus seruatas fuisse in constitutionibus censuum, de quorum iustitia, vel iniustitia interrogati responderunt Martinus V. & Calixtus III. c

Prima quidem, quod census debet constitui super re certa probatur in illis verbis, nisi in re immobili, &c. Secunda, quod illa sola res remaneat illi censui subiecta, ibi, rem censui suppositam. Tertia, quod pretium iustum detur, ibi, iustoque pretio. Quarta, quod totum pretium simul soluatur, ibi, non prius, &c. Quinta, quod venditor poterat redimere totum, vel partem, ibi, extinguere posse. Sexta, quod venditor non obligetur ad redimendum, ibi, ab invito. Septima, quod re censuali pereunte census pereat, ibi, re in totum, vel in parte perempta. Octaua, quod res censualis reddat tantum, quantum est census, ibi, frugifera. Quamuis enim non dicatur expresse quantæ frugis debeat esse, satis tamen significatur, quod debeat esse tantæ, quantum est census; alioqui non satis apte diceretur, frugifera, iuxta materiam subiectam, iuxta quam verba sunt intelligenda d.

Gloss. 2. quod hæc extrauag. probat, quod non solum non potest constitui census super sola persona constituentis, iuxta conditionem primam, vt supra e contra Sotum probauimus: sed neque super aliqua alia re corporali, vel spirituali, nisi sit res immobilis, aut quæ pro immobili habeatur, sitque frugifera, & finibus certis designata, quod colligitur ex illis verbis, statuimus, &c.

84 Ex quo inferitur, posse censum constitui super annuo reditu, quia licet ille non sit proprie res immobilis, habetur tamen pro re immobili f, & consequenter posset constitui census super censu maiore, vel equali iam antea constituto: per quod resoluitur vnum de prædictorum Partum dubijs.

85 Gloss. 3. quod hæc extrau. addit duas alias nouas conditiones ad census constitutionem requisitas vltra prædictas octo: nempe, quod pretium census soluatur in pecunia numerata, & coram Notario, & testibus, qui videant illam realiter tradi: quæ forma nonissima

a Ca. 17. ubi  
234.

b A num. 71.  
c In præfatis  
suis extrauag.  
1. & 2. de em-  
ptio.

d I. si vero,  
parag. 1. ff.  
locati, & c. in-  
telligitis, de  
verbor signi-  
c. Eod. n. 73.  
f Per tex. iu-  
ris optimum  
Clem. eximi  
parag. cum-  
que annui re-  
ditus, de verb.  
signi. cui con-  
cordat c. 12.  
adiuncta gl-  
recepta in  
verbo iura,  
de reb. eccle.  
non aliena.  
l. 6.



nouissima est; cui tamen audio fieri fraudem duobus modis. Altero, monstrando quandam quantitatem pecuniæ, quam nõ numeratam tradit venditori census, qui confitetur recipere integrum pretium census à se constitutum, per quod non videtur fieri satis contextui huius extravagantis, quæ sic habet: *Rursum, nisi vere in pecunia numerata presentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio*. Per quæ significatur, quod Notarius, & testes debent videre solui pretium integrum in pecunia numerata: ad quod non videtur sufficere ostensio, & traditio partis pecuniæ, etiam cum confessione vendentis censum, quod recipit totam, arg. lib. 1. *Ultima f.*, quatenus probat, maius esse probare solutionem factam numerando pecuniam realiter, quam probare, quod pars fuit cõfessa eam recepisse. Videtur etiam quod non potest pars remitti e, saltem in præiudicium Fisci, ne teneatur emptor soluere totum pretium in numerata pecunia ad numeratum, ut vocant per verficulũ: *Et ita*. Altero modo fit, quod emens monstrat totum pretium & tradit illud totum numerando, ita quod Notarius, & testes possunt ferre testimonium de numeratione totius pretij, sed postea per conventionem antea secreto inita illi in absentia eorum restituit vendens partem pecuniæ, quã prius ab emente receperat, & debebat. Harum autem cautelarum prior videtur parum iuta in foro exteriori, eo quod non probatur per eam realis numeratio totius pretij, quam extravagans requirit. Altera verò tutior est, nisi probari posset, quod ante traditionem totius pretij fuit conuentum, ut accipiens illud, redderet statim illam partem, quæ debebatur emptori census: quoniam qui sic soluit, ut statim reddatur ei solutum, non liberatur g.

Est tamen quæstio quotidiana, & magni ponderis, An præsupposito, quod vendens censum, debet emptori centum antea ob aliquas causas recepta, & postea recipit illa centum in partem pretij per alteram præfatarũ cautelarum, an emens tuto in foro conscientia possit percipere censum ita cõstitutum, & solutum? Et videtur quod sic. Tum quia vere corã Deo totum pretium soluit. Tum quia magis prodest vendenti censum, qui antequam constituat illum temporibus opportunis, tradit partem pretij eius, & expectat solutionem aliquãdo sesqui anno, & aliquando anno, vel biennio sine vlllo lucro, quã qui soluit totum in ipsa constitutione census, incipiendo statim lucrari h. Tum quia lex fundata in præsumptione nõ habet locum in foro conscientia, quando veritas est contraria i. At is rigor soluendi totũ pretium in constitutione census in pecunia videtur inductus à Pio ad præcludendam viam malis dolis, & cautelis, quibus ementes census male soluebãt pretium in pannis, & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos, vel malos. Et ita nõ videtur includere quoad forum conscientia illos, qui bona fide utilius, vel æque

f. c. de dote  
causa non  
num.

g. l. qui sic  
soluit, ff. de  
solut.

h. Arg. e. r. de  
pluspeti. & c.  
si quis agens,  
Instit. de  
actio.  
i. Cap. is qui  
e. tua cum eis  
annotatij, de  
spons.



æque vtiliter anticipauerunt solutionem totius, vel partis census, ac si in ipsa constitutione soluerent.

86 Gloss. 4. quod hic est casus, in quo qui dat ante tempus, non videtur dare plus, immo minus, cum tamen regula contrarium habeat. Est item casus, in quo non fit cōpensatio etiam de liquidum cōtra regulam l. vlt. b. licet enim loan. cōstitururus, & venditurus censum Petro debeat ei mille quingenta, non potest tamen Petrus pacisei cum Ioanne, vt illa quæ debet, vel eorū aliquā partē accipiat in solutionem alicuius partis mille quingentorum sibi pro censu soluendorum. Ratio harum fallentiarū videtur esse præclusio viæ fraudis vsurariæ supra taxæ, sicut & ratio, quæ contra petentem depositum non admittitur, compensatio est exuberantia illa bonæ fidei, quæ seruanda est in depositi redditione, & per alia iura per eius gloss. citata.

87 Gloss. 5. quod alia conditio, & ita vndecima requiritur in censuum constitutione, ne scilicet, derogetur vlli exceptioni casus fortuiti, nisi ei qui naturæ contractus conueniat. Et consequenter nota casum, in quo renunciatio casuum fortuitorum non valet contra regulam legis, sed & si d. quatenus probat, secundum communem intelligendi modum, quod licet generalis renunciatio non obstat excipienti de casu fortuito, nocet tamen specialis, immo & generalis, quoad casus similes, alijs specialiter renunciatis. Quod vtiā omnes Monarche in suis monarchijs idem statuerent, etiam in alijs materijs: quandoquidem quamplurimi partim ignorantia, partim incogitantia, partim desiderio adipiscendi aliquid, & timore ne illud alias eis negetur, faciunt renunciaciones à iure exorbitatissimas, & Notariorum stylo ad formam obligationum Cameræ, (quæ tot sacris canonibus, & legibus derogat) ampliatissimas, & postea per eas omnia sua bona, quibus se, suosque sustentabant, perdunt, decoquunt, & fugiunt, aut carceribus inclusi fame pereunt. Quibus renunciacionibus, nullis, quod sciam, legibus, tam obuiatū est, quàm Lusitanis.

88 Gloss. 6. quod duodecima conditio æquissima seruanda est in constitutione census: nēpe, quod eum constituens, non se obliget ad non alienandum rem censui subiectam. Propter quam memini pridem respondere cuidam viro doctissimo, qui multos census emerat, & suspicabatur eorum instrumenta non satis licite dictata, vt faceret tolli, vel remitti aliquot cōditiones, quas tabellio instrumento inseruerat: quarum vna grauissima erat, quod dominus prædij censui suppositi non posset illud vendere, immo caderet illud in commissum, si venderet illud sine consensu ipsius: quod profecto nullatenus contractui censuali conueniebat, sed solum contractui emphyteutico, cuius natura longe aliena est à contractu censuali, per ea quæ habentur in l. 1. & 2. g. & in cap. cum dilectus, & alibi sæpe.

89 Gloss. 7. quod aliqui parum caute colligunt ex hac extrauaganti, quod ex nulla venditione rei censui suppositæ debetur laude.

a Iur. præd-  
ctum c. pri-  
mum, de plus  
petit. & parag.  
si quis agens,  
init. de actio.  
b C. de com-  
pensat.

c Iur. c. si do  
depos.

d parag. quæ-  
situm, ff. si  
quis cautio.

e Argumento,  
c. qui ad agē-  
dum de pro-  
curat. lib. 6.

f C. de iur.  
emphyt.  
g De relig.  
dom.



Luc. 1. 3. C.  
de tur. om.  
phyr.

h. e. super eo,  
de offi. deleg.  
& l. 2. par. si  
quis a prin-  
cipe ff. ne  
quid in loco  
pub. fiat.  
i De penis,  
l. 1. par. al-  
teri, de ver.  
oblig.  
i ff. de eo  
quod cert o  
loco.

in Ad Rom. 13.  
n Luc. 10.  
o c. fin. de in-  
iural. qui oc-  
cidit. ff. ad  
leg. Aquil.

laudemiū, quod ad summū est quinquagesima pars pretij g. Nō enim fuit intētio legislatoris liberare à laudemio prædia, quod alia ratione, quā cēsum in eis positorū debetur, sed quod dominus rei censuarie potest vendere illā nō soluendo laudemium ei, qui habet censum in ea, nisi alia ratione teneatur ei. Constitutio enim Principis intelligenda est sine præiudicio tertij h.

Gloss. 8. quod hæc extrauagans inducit multa specialia in solutione census. *Primum*, quod propter moram soluendi illum non incurritur vlla pœna amissionis rei censuarie, vel partis eius, etiamsi conuentio de illa incurrenda præcederet, cōtra regulam i cap. suam, & l. stipulatio k. *Secundum*, quod non incurritur etiam obligatio ad interesse lucri cessantis, etiamsi conuentio de illa incurrenda præcederet, contra regulam l. lib. 3. & ca. conque-  
*stus* iuncta glossa de vsur.

An autem idem sit dicendum de obligatione damni emergētis. Et videtur quod non. Tū quia de illo nullam facit mentionem. Tū quia non obstant illa verba, quibus annullantur conuentiones de soluendis certis expēsis, & certis salarijs, & expēsis iuramento eius qui fecit liquidandis. Quoniam solū videtur respicere conuentiones illas duras, quæ solebant imponi ab eminentibus census, vt si die præstituto nō soluerit, censuarius teneretur ad soluendum certum, idemque nimium salarium, & certas, easdemque nimias expensas nuntio mittendo ad recipiendum censum: quia illæ nimix coram Deo non debentur. Tum quia iure naturali debentur creditori à moroso debitore impensæ moderatæ, & salariū iustū, iuxta illud Pauli m: *Reddite omnibus debita: & infra: Nemini quidquam debeatur: & iuxta illud n: Dignus est mercenarius mercede sua. Et, Qui causam damni dat, dānum dedisse videtur o.* In quibus fundatur damni emergentis obligatio. Quare iuste potest petere emptor census non solum illum, sed etiam damna quæ passus est propter morā soluendi, mittendo nuntios, faciendo impensas moderatas, non quidem ratione cōuentionis de soluendo tantū, aut tantum pro salario, & impensis, sed ratione legis naturalis diuinæ, & humanæ, quæ præcipimur soluere proximis debita iusta, & damna eis à nobis iniuste illata, aut quorum fuimus causa.

90 Gloss. 9. quod etiam alia conditio (quæ erit 14.) necessaria est ad constituendum censum, nempe quod non constituentur pro censibus iam decursis, & debitis, vel decurrendis, ob quos nec augeri potest cēsus antea positus, nec imponi nouus super eadē re, & neq; super alia emptori priori cēsus: licet dici possit hanc conditionē contineri sub illa, quæ requirit, vt totum pretiū soluatur tempore constitutionis census, & quod nullum debitum accipiat in solutione totius pretij, vel partis eius. Et aduertendum, quod non probatur hic illud, quod aliqui putarunt, nempe quod constituens censum in aliqua re, non potest augere illum censum, vel ponere nouum emptori prioris: quia solum statuitur vt non possit fieri pro censibus decursis, vel decurrendis.

Quare

quare o  
uus imp

Gloss  
tutione  
get ad s

terqua  
miliar  
faciunt

91 Glos  
gantem

lum per

rum pra  
vel infru

quæ nul

grandis

census a

92 Glos  
nempe

præfata

scriptio

declarat

mendi c

93 Glos  
annorū:

textus si

vi tutis,

sicut & c

textus ai

norum, sig

Sed con

moialis

lo ad pra

prescribe

us: quia

annorum

verbum

catum; &

esse pres

non imp

re dubit

esse mai

Panormi

immemo

præfatu

Circa c

immemo

ctum est.

infertur



quare ob pecuniam noue dandam recte potest augeri, vel nouus imponi.

Gloss 10. quod etiam est alia conditio (quæ erit 15.) in constitutione census necessaria: nempe, quod constituens non se obliget ad subeunda alia onera, quæ alias iure subire non debet, præterquam ad soluendum censum, puta, vt suscipiat hospitio familiares eius, cui debetur census, donec illereditur: pro quo faciunt per contrarium tres leges a.

a tituli, C. siue censu vel reliq. fundu comparari non posse.

91 Gloss. 11. quod census creati, & creandi post hanc extrauagantem, possunt redimi in totum, & pro parte; & quod non solum pereunt perempta re, cui sunt impositi, sed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ: & quod paria sunt, rem perire, vel infrugiferam fieri: quia ita perit census ob hoc, vt ob illud: quæ nusquam alibi sic declarata sunt. Et ex his b colligitur vna grandis differentia inter censum emphyteuticum, & inter alios census annuos alio modo comparatos.

b Adiuncta, l. 1. C. de iur. emphi.

92 Gloss. 12. quod hic fit declaratio vtilissima debentibus censum: nempe, quod facultas redimendi, quando cumque volent, facta præfata denuntiatione, non potest tolli ab eis pacto, nec præscriptione etiam immemoriali, nec ceterum annorum: per quam declarationem cessat illa grandis difficultas, An facultas redimendi censum vlla temporis præscriptione tollatur.

93 Gloss. 13. quod alia est immemorialis præscriptio, & alia ceterum annorum: quod est verum secundum omnes c. Nota etiam, quod contextus significat præscriptionem centum annorum esse maioris virtutis, quàm immemorialē: dictio enim immo, est implicatiua d, sicut & dictio etiam, & implicat casum dubitatorum e. Et ita dum textus ait, non obstante præscriptione immemoriali, immo nec centum annorum, significat hanc esse maioris virtutis quam immemorialē.

c In c. cum nobis, de præscriptio, & in c. 1. l. cod. tit.

d lux. gloss. receptam in l. iuris gentiu, parag. quinta immo, ff. de pact.

e lux. l. etiam ff. de minor. l. in c. 1. de præscrip. l. 6. g. c. super quibusdam, parag. præterea de verb. signific. & l. h. c. iure, parag. ductus aquæ, ff. de aquo, quot. & 281.

f In c. cum nobis, de præscrip. l. 10. c. posses. reg. iur. l. 6. 1. part. parag. 3. n. 9.

g In c. si diligenti cod. tit.

Sed contrarium est verius. Maioris virtutis est immemorialis, quam centum annorum: quia non prodest sine titulo ad præscribendum ea, in quibus præscribentē illa vero sic, per textum, præscribitur: quia habet vim tituli g, quam non habet spatium centum annorum, secundum omnes, in dictis c. Ideoq; dicendum est, verbum illud immo huius extrauagantis, implicare quidem alium casum, & ita probare id quod prænotatum est: nempe, aliam esse præscriptionem immemorialem, & aliam centenariam, sed non implicare casum vere dubitatorum, sed qui posset apparere dubitator alicui, qui crederet præscriptionem centenariam esse maioris virtutis, quam immemorialem, eo quod opinio gloss. prænotat. & communis h, habet, quod probata præscriptione immemoriali, non est probata centenaria. Contra quam tamen præfatus Couarr. validis argumentis tenet, secutus Card. k.

Circa quod videntur tria dicenda Primum, quod procul dubio immemorialis est maioris virtutis, quam centenaria, vt prædictum est. Secundum, quod ex præfata communi opinione non inferitur contrarium huius, vt palam est. Tertium, quod, mea





sententia, facile conciliari possunt prefata communis opinio, & contraria Card. & Couarr. dicendo, quod illa intelligatur de vera probatione, hec vero de presumptra: inter quas, quoad hanc materiam prescriptionis, est illa magna differentia, quod prescriptio immemoralis iudicanda est inualida, si probetur vere cum illa mala fide fuisse continuata, non autem, si solum presumptiue fuerit mala fide probata, ut colligitur ex citatis per prefatum Couarr.

l. 1. part. 2. reg. 8.

Gloss. 14. quod nullo pacto statui potest, ut pretium a constituyente censum invito repeti possit ob penam, vel aliam causam, nisi quando denunciauit velle se redimere, quia tunc intra annum cogi potest ad reddendum pretium, ut predictum est. m

m Num. 91. n In c. 19. Ciuitate de vsur.

\* Ex quibus inferitur, quod opinio illa Innoc. scilicet, quod potest constitui census redimibilis, ita ut constituens teneatur redimere post tres, vel quinque, vel decem annos, non est tenenda, inuatum est supra o.

o Nu. 76.

49 Gloss. 13. quod constitutio census facta sub alia forma, quam contenta in hac extrauaganti, censenda est foeneratitia. Pro quo facit principium c. prudentiam p, quatenus habet, non solum facta contra formam esse nulla, sed etiam facta citra formam: quod ibi Panorm. Felin. & alij vtiliter declarant. Aduertendum tamen, quod contextus loquitur de contractibus tantum, & ita non videtur damnare constitutiones censuum, etiam irredimibilium, per viam legati, fidei commissi, vel aliam vltimam voluntatem, in alia forma, quam ista factas q, immo nec factas per omnes contractus: quia non includit factas per donationes, & alios contractus gratuitos, quamuis donatio inter viuos sit contractus, secundum omnes, etiam nominatus, secundum verius loquentes a. Id ipsum videtur dicendum de constitutione census per viam dotis, vel sponsalitię largitatis, seu donationis propter nuptias, vel donationis alicuius Ecclesię, vel capellę, ad aliqua diuina officia facienda, licet non sint contractus gratuiti b. Immo videntur excludi omnes constitutiones censuum, que non fiunt per emptionem, & venditionem, vel alium contractum sibi equipollentem, per quem quis constituit alteri censum in re sua ob aliquod pretium. Tum quia solum disponit de ijs que pretio accepto constituuntur, ut colligitur ex vers. Rursum. Tum quia ratio presumptionis fraudis vsurarum, in qua fundatur, cessat in illis, & consequenter ipsa cessabit c.

p De offic. deleg.

q Arg. l. cum prator, ff. de iud. & c. nonne de presumptr.

a Post. gl. in l. legitima, ff. de pact. & in l. si quis argenti, parag. fin. C. de donat.

b Arg. l. pro oneribus, C. de iure dotium, c. per vestras, de donat. intervium & vxorem, & c. 1. de censibus, & c. significatum, de presbend.

c Arg. c. cum cessante de appellat. & l. adigere parag. quamuis, ff. de iure patro.

d Argum. de pretio, ff. de publicis, in remanente, & c. soluta, sub finem, de mior. tra. & obediens.

e Arg. l. illud, ad l. Aquil.

Gloss. 16. quod hęc extrauagans non solum videtur includere census redimibiles post eam constitutos, sed etiam irredimibiles. Tum quod generaliter sine vlla distinctione de omni census constitutione, & venditione loquitur: & ita generatim est intelligenda d. Tum quod etiam census irredimibilis potest in fraudem vsurarum constitui, & vendi: & ita ratio edendi hanc extrauagant. videtur habere locum in illo, & consequenter ipsa e.

Dixi, post eam constituendos, quia constitutos antea non includit, etiam si sint redimibiles, ut habet finis eius. Hanc autem ampliationem, siue declarationem restringo ad census irredimibiles temporales.

porales.

porales, constitutum, quam, vpetuo inuag, ioch, pretio, & nulla p, lis videtur, esset faci, minuit. f

95 Censu, 96 Censu, 97 Credi, 98 Oblig, 99 Solu, 100 Censu

95 PRin, sen, uendum, parte affi, ter in Hi, mur in pa

Secundo, quid faci, non solu, vltimam, id fieri po, dem: & est in d. c.

96 Terti, etiã inter, demnare, sententiã

Quarto, minus, & ad solu, simplici, simplici, soluendu

Pro par, constitui, terminat, alius ab e

Secundo, constituen



porales, vel perpetuos, qui eodem fere pretio, quo redimibiles, constituuntur, qui tamē vix iuste possunt sic constitui: & ita nunquam, vel rarissime huic extrauaganti erit locus in censu perpetuo irredimibili iuste constituto. Non enim videtur hęc extrauag. includere illos perpetuos irredimibiles, qui longe maiore pretio, & quasi duplo, quam redimibiles constituuntur, eo quod nulla penitus facultas redimendi fiat venditori: quoniam in illis videtur cessare ratio præsumendi mutuum usurarium, cum esset facultas redimendi, & paruitas pretij, quod illa facultas minuit. *f. Hactenus de glossis. Nunc autem de quæstionibus.*

*f. Arg. cum cessante causa, cum concord. de appellatio.*

## SYMMARIUM.

- 95 Censu qualis contra formam imponitur per sententiam.  
 96 Censu per sententiam creatus an pro parte redimatur.  
 97 Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem.  
 98 Obligatio dandi natura, & effectus diuidua.  
 99 Solutio partis debiti quæ incommoda.  
 100 Censu an solius pecunie numerata liceat.

95 **P**rima quæstio est, Vtrum census annuus possit constitui per sententiam iudicis condemnantem alteram partē ad soluendum mille, vel censum annum, donec illa soluantur. Et pro parte affirmante facit primo, quod huiusmodi sententię frequenter in Hispania feruntur, & exequuntur, quo verbo nunc utimur in passiva significatione, sicut Vlpianus *a.*

*Secundo*, quod licita est obligatio, qua quis obligatur ad aliquid faciendum sub pœnatam iure canonico *b.*, quam ciuili *c.*, & non solum per contractum, vt in dictis legibus, sed etiam per ultimam voluntatem *d.* Et quod etiam per sententiam arbitri fieri possit, est casus in *d. c. dilecti*, & alijs iuribus allegatis ibidem: & etiam per sententiam iudicis de iure canonico, casus est in *d. c. suam*.

96 **T**ertio, quod debitor non solum tenetur soluere sortem, sed etiā interesse quod passus est creditor *e.* Ergo iudex potest condemnare debitorem ad soluendum debitum, & interesse. At per sententiā præfatam iudex illud præterdit. Ergo potest id facere.

*Quarto*, quod cui licet quod est plus, licet quod est minus *f.* At minus, & vtilius debitori est, quod condemnetur alternatiue ad soluendum mille, vel censum eorum donec illa soluerit, quā simpliciter ad soluendum mille. Ergo si potest condemnari simpliciter ad soluendum mille, poterit etiam condemnari ad soluendum mille, vel censum eorum eorum, donec illa soluat.

Pro parte autem negante facit primo, quod census non potest constitui licite alio modo, quam quo prædicta extrauagans determinat, & hic modus constituendi per sententiam est longe alius ab eo.

*Secundo*, quod per contrariam opinionem daretur via facilis ad constituendas usuris: qui enim vellet mutuari centum, mille,

V u r 2

vel

*a* In l. qui pro tribunali, iūta glo. verbo exequuntur, ff. de re iud. b Ca. dilecti, de arbit. & c. suam, de pœna. c l. qui fidem fide transact. & l. cum proponas, C. de dolo. d l. i. C. de his que per nom. & in prag. sin. iur. de legat. e l. i. Cod. de sent. que pro eo quod interprofer. f Ca. cui plus cum ibi cit. de reg. iur. li. 6.



vel plura sub vsuris, & qui vellet ea sic mutuari, facile possent conuenire, vt mutuaturus tradat illa mutuatario, & vocet eum ad iudicium, ad soluendum illa ei, & mutuatarius confiteatur se debere illa, sed non posse soluere, & quod est contentus vt eodemnetur ad soluendum ea, vel censum eorum annuum, donec ea soluerit.

*Tertio*, quod non licet dare alteri aliquid consistens in numero, pōdere, vel mensura, siue mutuare cum pacto pœnali, quod si non soluerit ad certū terminū, soluat aliquā pœnam: id est enim dare tacite ad vsuram, vt sentiunt Bart. & Salic. *h* & ante ipsos Innoc. communiter receptus *i*, & latius Ludo. Roman. *k*

Pro concordia ab vtraque parte allegatorum, videtur distinguendum, an his fuerit mota super rebus consistentibus in numero, pondere, & mensura, an super alijs: quod priore casu nō valet, posteriore vero sic. Ratio diuersitatis colligitur ex ipsismet argumentis supra formatis: nempe, quod pœna pecuniaria imposita contra debitorem rerum mutuabilium p̄sumitur imposita in fraudem vsurarum: imposita autem super alijs minime, nisi saltem fuerit imposita à consueto fœnerari *l*. Vnde ad argumentum p̄imum pro parte negante formatum respondetur, quod hæc extrauagans non habet locum, nisi in constitutione census per contractum, vt in glos. *i*. §. dictum est: & questio mouetur super censu per sententiam constituto.

Nec obstat, quod per sententiam quasi cōtrahitur *m*, & quod à contractu ad sententiam arguitur *n*. Tum quia id regulariter non videtur verum *o*, nec in vilo casu, in quo ratio diuersa diuersum suadet: & in proposito nostro est diuersa ratio: quia in constitutione census per contractum p̄sumi potest fraus vsuraria, quæ in sententia iudicis non p̄sumitur, nisi cum ferret illam super rebus mutuabilibus, qualem diximus non debere censi validam, saltem in foro exteriori.

Per quod ipsum respondetur ad alia duo argumenta pro parte negante facta. Ad argumenta vero pro parte affirmante facta responderetur, illa solum probare censum posse constitui per sententiam laram super alijs rebus, quam mutuabilibus, quod nostra concordia concedit.

Quæ tamen distinctio, & concordia videtur seruanda in foro exteriori, nō autem in foro cōscientiæ: quia si vere coram Deo, iudicis, & partis victricis animus fuit, vt altera pars condēnaretur in aliqua summa, & obligare illam ad soluendum censum annuum pro vsu illius pecuniæ, in qua eum cōdemnauit, in neutro foro esset seruanda sententia corā Deo, & in foro conscientiæ: si autem fuit animus condēnandi debitorem in illa summa, & ad soluendum annuum censum, donec eam soluat, tanquā interesse, vel pœnam contumaciæ, in vtroque foro valebit, si in vtroq; casu interesse, vel contumacia inueniatur, per illam rationē firmam, quod lex, vel dispositio fundata super p̄sumptione non habet locū, quando rei veritas habet contrarium *p*.

Neque

*h* In l. cum proponas, C. de dolo, i In d. c. sua. h In con. 510. n. 13.

*l* Iuxta glos. in l. pœnam, ff. de vsur.

*m* l. 3. parag. id. m. scribit, ff. de pecul. n. l. si procurator or. ff. de procur. o. l. inter stipulantem, r. ff. de verb. obligat.

*p* Ca. his qui fidem, & c. tua de spō. l. cum ois. annotat.

Neque pœnae nō ditor erat stibus qu in fraude 97 Secur eorum, bus, (su ma quest creditor

Pro cur debitorē ginta no

Secund nem inc

Tertio, ta coram re id opp bet com tam à co petere p

Quart cum glo.

Pro pa determin euniam i tione cen huic extr dum, qua ctum ei quatenus quatenus rationem tur frau uagans v nus dispo quod deb

Secundo restitutiō si coēger tur ei. Ne legem illa vero nega colligitur sione, ve blica pot habet, Re debita R



Neque obstat dictum Innoc. a quatenus habet adiectionem pœnæ non censeri in fraudem usurarium factam, nisi cum creditor erat assuetus scenerari: quia id est verum in alijs contractibus quam mutuo; in mutuo enim semper presumitur adiecta in fraudem usurarium b.

a In c. suam, de pren. b lux. gloss. in l. rogasti, parag. si tibi, ff. si cert. per. communiter recep. à Bar. & alijs

97 *Secunda questio*, An condemnatus solvere mille, vel censum eorum, donec illa soluerit, super alijs rebus quam mutabilibus, (super quibus talem condemnationem fieri posse in prima questione dictum est) possit solvere particulatim, & cogere creditorem ad recipiendam solutionem particulatim.

Pro cuius parte negante facit *primo l. tutor e*, quatenus habet debitor centum per obligationem, & consignationem quinquaginta non liberari à solutione usurarium, quas debet pro centum.

c parag. Laccius, ff. de usur.

*Secundo facit l. plane d*, quatenus habet, particularem solutionem in commodatam afferre.

d ff. famil. er. cise.

*Tertio*, quod creditor non potest petere partem summe debite coram iudice, qui de tota summa cognoscere potest, debitor id opponente, vt tradit Bart. communiter receptus e, qui habet commodantem duas res, posse petere vnam ex illis separatam à commodatario; commodantem autem vnam, non posse petere partem eius.

e In l. incommodari, paragrafo, eius, ff. comm.

*Quarto*, quod communis opinio tenet hanc conclusionem cum glo. f

f l. quidam exstimauerunt, ff. de reu. cred.

Pro parte vero affirmante vrget *primo* hæc extrauagans, que determinat quemlibet censuariu posse solvere particulatim penam in pretium census acceptam, ad liberandum se à solutione census pro rata. Nec obstat, quod iuxta vltimam glossam, huic extrauaganti non est locus in censibus, qui per alium modum, quam per emptionem, & venditionem, aut aliam contractum ei non aequipollentem constituitur. Quia id verum est, quatenus continet formam contrahendi censum, non autem quatenus continet formam dissoluendi & tollendi illum, propter rationem diuersitatis, eo quod in sublatione census non timeatur fraus usuraria, sicut in eius constitutione: & ita hæc extrauagans videtur nisi iure humano antiquo, & communi, quatenus disponit posse redimi censum per partes, præsupponendo quod debitum quantitatis potest solui per partes.

*Secundo* vrget prædicta *l. quidam exstimauerunt*, quatenus sine vlla restrictione generaliter habet, Pretorem humanius facturum, si coegerit creditorem ad accipiendam debiti partem, que offertur ei. Nec obstat responsio glossæ, & communis, que restringit legem illam ad debitorem, qui confitetur partem debiti, partem vero negat: quonia ex nullis verbis legis, nec alius totius iuris, colligitur illa limitatio: cum nulla talia sint, que de tali confessione, vel negatione loquatur. *Tertio* facit, quod debitor Reipublicæ potest solvere particulatim ei debitum, iuxta l. vltim. g que habet, Receptores Reipublicæ, confitendo se recepisse partem rei debite Reipublicæ, adeo liberare debitorem quoad illam, vt

g C. de apoch. pub. l. 1. r.



2 C. de collat.  
fund. patr. in.

b Arg. auth.  
multo magis,  
C. de iacro-  
fan. eccl. & c.  
cum in cun-  
ctis, de elec.  
c. l. 2. parag. &  
harum, ff. de  
ver. oblig.  
d. l. i. nu. 2.  
e. parag. qui  
decem, ff. de  
solut.

¶ Arg. i. satis-  
factio, ff. de  
solut. & l. i.  
rem, parag. o-  
mnis, ff. de pi-  
gnor. action.  
& l. i. ff. qui  
satis facta cogit.  
ibi.  
g. in d. l. qui-  
da existima-  
uerunt, n. 12.  
h. in d. parag.  
& harum.

¶ In d. l. qui-  
dam existima-  
uerunt.

exceptio non numeratæ pecunię nequeat ei opponi. Ad idem est casus in l. placuit a, quatenus habet, Rationales, siue Receptores publicos teneri ad recipiendam debiti solutionem tributorum Reipublicę debitorum particulariter factam, modo tribus vicibus soluatur totum. Ergo à fortiori debitor priuata personæ poterit id facere b.

98 Quarto vrget, quod obligatio de dando quantitatem est diuidua natura, & effectu, ita quod præstatio partis liberet debitorem à solutione illius, quoad illam partem c, ex quo Bar. d. communiter receptus id colligit: & obligatio, de qua loquimur, est de dando quantitatem: ergo est diuidua.

Quinto vrget l. stipulatus sum e, vbi sine vlla exceptione habentur hæc verba: *Qui decem debet, partem soluendo liberatur.*

Sexto, quod nihil obstat his duobus proximis argumentis dicere, quod illa procedunt in solutione partis facta creditori eo volente. Tum quia nulla est lex, neque canon, qui hoc sic limitet. Tum quia præfatus §. & harum, ponit differentiam inter obligationem de dando quantitatem, & de dando hominem: & ait Iuriconsultus, quod hæc est indiuidua effectu, id est quod non liberat solutio partis quoad partem, illa vero sic. At constat quod etiam debitor generis liberatur quoad partem, soluendo partem volente id creditore f. ibi: *Satis facere alicui dicimur, cum eius desideriam adimplemus.* Ergo in obligatione dandi quantitatem solutio partis, etiam nolente creditore, liberat quoad partem. Equidem hoc argumentum adiunctum duobus proximis irrefragabiliter probat hanc conclusionem, quam exerte affirmavit eruditissimus Alciatus g, faciens regulam, quod regulariter potest cogi creditor ad capiendam solutionem partis oblata, nisi cum nimis minutatim offeratur.

Septimo, facit ratio, qua tam Paul. Iuriconsultus h, quam comminiscetes in illum, ponunt differentiam inter stipulationem dandi quantitatem ab vna parte, & inter stipulationem facti, vel dandi hominem ex altera, quoad hoc, vt illa dicatur regulariter diuidua, hæc autem regulariter indiuidua. Est enim illa ratio, quod raro contingit, vt solutio partis quantitatis quoad illam sit notabiliter incommodior, quam solutio totius quantitatis quoad totam quantitatem. Per quam rationem tollitur consideratio illa magnę incommoditatis, qua se munit contraria opinio ad dicendum, quod particularis solutio multas incommoditates adfert: quia id non est regulariter verum, cum debetur quantitas.

Octauo, facit consideratio Philippi Decij, & Alciati i, scilicet quod ratio illius legis, nempe, vt diminuantur lites, & que habet locum in debitore confitente totum debitum, ac in confitente partem tantum: quoniam per acceptionem partis oblatae in utroque casu minuitur lis quoad illam partem. Cum ergo omnes fateantur cogendum esse creditorem recipere partem confessam, quando alia pars negatur, etiam cogetur quando nihil negatur: præsertim, quod absurdum videtur, vt melioris conditionis sit negans, & contumax, quam confitens & obediens; cum

magis fati

Nono, fa-  
tencamus  
defecti di-  
se iniqua  
parte debi-  
facere, so-  
quam no-  
bere fieri  
99 Decimo  
defedere f-  
ior per mi-  
creditoris  
ius ratio n-  
quantitat-  
creditori.

Ad primu-  
les o. respo-  
tur tertiar-  
tur in debi-  
cialitatis o-  
per solut-  
quodam o-  
adimplera-

Ad secu-  
ris resolut-  
plicatur  
ni iudicis  
na defunct-  
adiudicet  
hæredes p-  
effer valde  
quæstione

Ad tertiu-  
toto speci-  
tatis, & ei-  
re quantita-  
tur ibi, &  
sius ibi ei-  
mutiter t-  
ginta à de-  
tinere ser-

Ad quar-  
partem co-  
citer illan-  
sentit, ei-  
cõmunis  
tur ibide-



magis fatendum sit obedientie, quam contumacie k.

Nono, facit illud argumentum Alciati: quod nisi hanc partem teneamus, cogemur dicere legem 12. Tabularum, quæ debitum defuncti diuidit inter hæredes proportionibus hereditarijs l, fuisse iniquam creditoribus: nam per illam hæredes possunt pro parte debitum soluere, quod tamen non potuissent defunctus facere, secundum contrariam opinionem; & tamen tam ipsa, quam nostra, confiteri cogitur conditionem creditoris non debere fieri peiorem ex persona hæredum m.

99 Decimo facit, quod licet omnes hæredes debitoris teneantur defendere se per vnū procuratorē, ne conditio creditoris fiat peior per multiplicationem personarum hæredum: hæredes tamē creditoris non tenentur petere suas partes debiti per vnū n: cuius ratio nulla alia dari potest, quam quod solutio partis debite quantitatis non inducit incommoditatem saltem notabilem creditori.

Ad primum oppositorum, quod est contrarie opinionis Achilles o. respondet Philipp. Decius p, secutus Fulgosium, qui sequitur tertiam solutionem glossę illius legi: videlicet, quod loquitur in debito usurario, siue quod debetur sub usuris. Ratio specialitatis est, quod usuræ sunt quasi pœna, quæ non excusatur per solutionem partis q, & quasi debitum sub conditione, & quodam euentu, quod non tollitur, nisi conditione in totum adimplera, & euentu in totum secuto r.

Ad secundum respondent Decius, & Alciatus, quod particularis resolutio tunc est incommoda notabiliter, quando multiplicantur personæ, à quibus exigendum est debitum: & ideo boni iudicis est, vt in iudicio familie exciscundæ debita, & nomina defuncti diuidat inter hæredes, vt quædam illorum integra adiudicet vni hæredi, & quædam alijs, sic vt nõ cogantur omnes hæredes petere suas portiones ab omnibus creditoribus: quod esset valde graue, quodque nullatenus contingit in proposita questione.

Ad tertium respondetur, quod ille parag. duabus, loquitur de toto speciei, & eius parte integrali, non autem de toto quantitatis, & eius parte quantitatiua: & ita dictum Barto. de creditore quantitatis, quod non potest petere partem eius, non probatur ibi, & contra eum tenent multi Doctores, quos additio ipsius ibi citat, & etiam Iason, quem illa non citat s, significat communiter teneri contra Barto. quod creditor petens quinquaginta à debitore, probando quod debentur centum, debet obtinere sententiam in quinquaginta.

Ad quartum respondetur, quod communis opinio ideo tenuit partem contrariã, quia non satis perpendit prædicta, quæ efficaciter illam reprobant: & quoties vnus melius, quam multitudo sentit, eius est sententia sequenda t, licet regulariter sit tenenda communis, secundum Ioan. Andr. u quem & alias citat, & sequitur ibidem Feli. x Et non vnus tantum, sed multi, & in his De

Xuu 4

eius,

k c. quanto, 2. q. 4. c. 1. par. nos igitur de post. prel. l. iuxta l. 2. C. de hered. adio.

m l. 2. par. g. ex his, ff. de verb. oblig.

n l. 2. tamen, ff. iudicat. solur.

o Scilicet in l. tutor parag. Lucius, ff. de usur. p. In d. l. quidem existimauerunt. q. l. in executione, parag. pro parte, ff. de verb. obligat. r. l. cui fundus, ff. de condit. & demonstrat.

s In l. scire debemus, de verb. obligat. n. 12. t. l. 1. parag. sed neque, C. de ver. iur. enucl. & arg. capellanus, de serijs, & c. Niezn. 3. di. u In c. 1. de Constit. x Num. 54.



o c. 17. nu.  
166.

b In c. in Ci.  
nitate, de  
vfur.

a Ca. 23. nu.  
166.

cuius, & Andr. Alciat. qui pro suo acumine, & profunda eruditione multis aequipollent, eam defendunt. Et mea sententia, quam etiam in Manuali Confess. 4 interuimus, quoties utraque opinio classicos auctores habet pro se, parum est tribuendum numero, & multum rationibus, & fundamentis.

100. *Tertius questio*, An per hanc extrauagantem veteretur constitui census in alia re, quam in pecunia numerata. Ad quam questionem respondeo, quod non. Tum quia ex nulla eius parte potest id colligi. Tum quia hoc tenet Innoc. communiter receptus b. Et ita non solum potest constitui, & emi annuus census pecunie numerate, sed etiam vini, frumenti, & cuiuscumque, alius rei: quamuis in nonnullis Regnis Hispanie ante aliquot annos statutum fuerit, ut non constitueretur nisi in pecunia numerata: immo & legibus cautum fuit quantum deberet esse pretium eius. Vnde in Aragonia debent solui 20. pro vno, siue ad rationem 5. pro 100. & in Regno Nauarre ad rationem 6. pro 100. & in regno Castellę ad rationem 7. pro 96. immo & census antea constitutos in alijs rebus redegerunt in census pecunie numerate ad rationem predictam. Pius autem V. in hac extrauaganti neque determinauit ut census constituatur in sola pecunia numerata, neque quantum pretium debeat pro eo solui. Vnde quamuis in Vrbe communiter soluatur ad rationem 7. pro centum: audiui tamen aliquos soluere, aut soluisse octo pro centum. Audio item Regem Catholicum Philippum II. nunc in Regno Neapolitano erigere montem, in quo soluuntur nouem annua pro centum. Scio etiam in aliquibus partibus Gallie constitui census ad rationem 10. pro 100. nec mirum: quia pretia rerum pro varietate gentis, terrarum, & temporum, & pro copia, vel penuria euentium, vel vendentium aut mercium, vel pecunie numerate variantur, iuxta l. pretia rerum ff. ad leg. Falc. & annot. ei per Doctores, & tacta etiam per nos in Manuali Confess. c. Et apud omnes constat, censum esse mercem quandam emibilem, & vendibilem.

SYMMARIUM.

- 101 *Ius diuinum, an humanum contineat hæc extrauagans.*
- 101 *Ius quod est naturale, vel diuinum, & quod humanum.*
- 102 *Census constituendi forma Papa an ubique sit seruanda.*
- 102 *Lex quæ Papa ligat Reges omnes, & eis subditos.*
- 103 *Ius contentum in hac extrauaganti esse variæ speciei.*
- 104 *Extrauagantem hæc qua parte consuetudo, aut non usus tollet.*

101 **Q**uarta questio ( cuius decisione predicta extrauagans recte intelligi, & in praxim deduci possit ) fuerit, An hæc extrauagans sit naturalis, & diuini iuris declaratoria, an humani tantum inductoria. Quod enim sit iuris naturalis, & diuini declaratoria, facit procerium eius, quatenus habet auctorem eius motum fuisse ad tollendos contractus censuales, qui

qui fiebat  
marum p  
contractu  
se fœnera  
ius factos  
copiose p

Quod  
finem de  
tutionem  
preterita  
tione. que  
ditur ad p  
cum ab ex  
num possi

Pro re  
ta in ea c  
que iuris  
fœnerati  
constitutio  
census no  
tra natura  
infrugife  
esse conu  
ex-pecun

Eiusde  
tur, nisi i  
tis consu  
dam fruct  
tur Iuris  
cunia nu  
pata solu  
conriger  
ille præf  
solo iure  
tiam edu  
lia fiat, n  
m, vbi ho  
mani est  
celebrand  
prius ces  
hendi pe  
Ga. Tu  
tui iuste  
pecunia  
æque vt  
102 Q  
etiam i  
clesiæ n  
nomi 11,



qui fiebant in diuinarum legum contemptum, cum magno animarum periculo: & quatenus postea sub finem indicat, omnes contractus cenſuales sub alia forma, quam ab ea præſcripta, eſſe ſceneratitios, & conſequenter contra naturale diuinumque ius factos; cum omne fœnus vtroque illo iure damnetur, vt copioſe probatum eſt ſupra e.

Quod autem humani tantum iuris ſit inductoria, facit, quod ſub finem declarat non extendi eam ad præterita: & conſtat conſtitutionem iuris naturalis, vel diuini declaratoriam, extendi ad præterita, vt tradit Panorm. f. & Felin. g. & probatur ea firma ratione, quod omnis conſtitutio declaratoria iuris antiqui extenditur ad præterita h: & palam eſt ius naturale eſſe antiquius, cum ab exordio rationalis creature cœperit eſſe i, & etiam diuinum poſitum antiquius omni Pontificio humano k.

Pro reſolutione igitur huius quæſtionis dicendum primo, multa in ea contineri quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, & multa que iuris humani. Nam iuris naturalis & diuini eſt, contractum ſceneratitium eſſe reprobum, per dicta ſupra l, quod ex hac conſtitutione colligitur. Eiuſdem iuris videtur etiam eſſe, quod cenſus non conſtituatur in re quæ non ſit frugifera, cum contra naturam rei ſit cenſum (qui eſt quidam fructus) capi de re infrugifera. Nam eadem ratione Doctores concludunt uſuram eſſe contra ius naturale, cum illa ſit quidam fructus, & capiatur ex pecunia, quæ eſt res infrugifera.

Eiuſdem iuris videtur etiam eſſe, quod cenſus non conſtituatur, niſi in re immobili, cum res mobilis ſine ſui totius, vel partis conſumptione non poſſit reddere fructum: & cenſus eſt quidam fructus, qui de aliqua re ſine ipſius peremptione colligitur. Iuris autem humani eſt, quod pretium ſoluatur in ſola pecunia numerata, & coram Notario, & teſtibus, & quod anticipata ſolutio non ſufficiat, & quod venditio rei cenſuarie, cum contigerit fieri, ante bimēſtre denunciētur cenſuario, & quod ille præferatur alijs emptoribus, & multa id genus alia, quæ ex ſolo iure naturali, & diuino non poſſunt per bonam conſequentiam educi: & quæcunque non ſunt talia, quamlibet rationabilia ſint, non cenſentur eſſe iuris naturalis, & diuini, ſed humani m, vbi hoc latius reſoluimus. Ex quibus inferitur, quod iuris humani eſt illa grandis particula, *contractusq; ſub alia forma poſit hac celebrandos ſceneratitios iudicamus*. Tum quia non extenditur ad prius celebratos, ad quos extendenda erat, ſi tota forma contrahendi per eam inducta eſſet iuris naturalis, & diuini, per prædicta. Tum quia ſolo iure naturali & diuino attento poſſet conſtitui iuſte coram Deo cenſus, ſoluto pretio eius in alia re, quam pecunia numerata, ſi illa coram ipſius diuina maiestate eſſet æque utilis, aut vtilior venditori, quam pecunia numerata.

102 *Quinta quæſtio*, An prædicta extrauagans ſit ſeruanda etiam in Regnis, quoad temporalia, temporali dominio Eccleſiæ non ſubiectis? Et quidem pro parte negante facit cap. *nomine n*, cum multis alijs à nobis a citatis quatenus probant

e Not. 7. n. 2.

f In c. ſin. de præſcrip.  
g In c. ſin. de conti. fal. 2.  
h c. ex antiquis, 54. diſt. cum ei ann. per Domini. cum, & in Auth. de 2. quali. dotis, col. 2. a. pag. 5.  
i 5. d. in prin.  
k c. ſunt quidam 25. q. 1. l. Not. 7.

m Arg. c. ius naturale, 1. d.

n De iud. o in eius 3. not.



Maximis Pontificibus non esse mentem turbandi iurisdictionem Regum quoad temporale dominium sibi non subiectorum, & quod leges Pontificum Maximorum, quæ non continent leges naturales, neque diuinas, non debent necessario

a Juxta c. 2. de arbit. li. 6. ad iuncta sua glo. & glo. c. cum contingat, de iur. iuran. cum eis annotatis.

b l. hæredes palam, parag. 2. ff. de testat. c. c. quod iur. 26, 8. di.

d In c. 2. de reg. iur. l. 6. e De iur. iur. & c. penult. § ult. de secund. nupt. f Et in c. cum sit generale, de foro compet. g c. vi inquisitionis, parag. fin. & c. penult. § ult. de hærec. l. 6. h 2. penult. § ult. de secund. nupt. i De spons. § c. 23. n. 110.

l die, nonit.

feruari extra statum, & forum Ecclesiasticum a. Pro parte vero affirmante facit idem c. nouit, quatenus multis modis à nobis in eius 6. notabili inductum probat, ad Pontificem Maximum pertinere declarationem dubiorum de peccatis, an sint peccata, & an sint lethalia, nec ne?

Omissa tamē (quæ altior fieri posset) disputatione, resoluēdo eā breuiter, dico primo, proculdubio eam esse seruandā in omnib<sup>9</sup> Regnis, quæ non sunt de temporali dominio Ecclesiæ quatenus est iuris naturalis & diuini declaratoria: quia quatenus talis nihil noui inducit, sed solum quid actū sit monet b: & constat ius naturale & diuinum esse vbique seruandum c: & consequenter, quatenus expresse vel tacite decreuit, peccatū vsuræ esse contra ius naturale & diuinum: ita quod vbique gentium credendum est esse peccatū vsurarium, vel aliud, id quod in hac extrauagati declaratur esse tale, solo iure naturali, vel diuino attento.

Secūdo, quod dubitari potest de ijs, quæ præter ius naturale & diuinū noue inducit, propter rationes in principio quæstionis pro vtraq; parte insinuat: & quod videtur resoluendū etiam seruanda illa, quæ inducuntur ad præsumendum contractū censualem esse vsurariū. Tum quia leges Pontificū Maximorū latae circa ea, in quib<sup>9</sup> vertitur periculū animæ, etiā si nō cōtineant leges naturales, neq; diuinas, debēt seruari apud omnes Christianos in vtroq; foro, & vbique gentiū, iuxta glossam celebrem, & receptā d, pro qua est illud capitulum, & c. fin. de præscript. & c. cum contingat e, & communis opinio in illis omnibus ea. f & hæc extrauagans lata est circa ea, in quibus vertitur periculū animæ, vt palam est. Tū quia lex Papæ lata circa spiritualia, seruanda est in vtroq; foro g: quales sunt latae circa matrimonium h, etiam si solū inducat modum præsumendi matrimonium, iuxta c. is qui i, quod vbique seruatum fuit vsque ad Cōc. Trid. Tū quia in vtroque foro videtur seruandum id quod præfatus Pius V. in extrauaganti, cuius caput est, Intolerabilis, relata à nobis in Manual. Cōfessar. k statuit: scilicet, quod ad probandam cōfidentiam illicitam, & simoniacā, sufficiant testes singulares, & quædam alæ præsumptiones, quæ nec iure naturali, neque diuino ante illius cōstitutionem sufficiebant. Tum quia glossa præfati ca. 2. de arbitris, & ei similes, quæ probāt leges canonicas in foro canonico esse obseruandas, & leges ciuiles in foro ciuili, intelligenda sunt, quādo lex canonica nō fertur circa spirituale, neq; circa ea in quibus vertitur periculū animæ, nec spectantia ad religionē Christianam, sed fertur circa alia profana vtriq; foro subiecta. At hæc extrauagans lata est circa spirituale dubium, scilicet, An cōstitutio census sit peccatū, cuius decisio reseruat<sup>r</sup> Papæ l, & tangit periculū animarum, vt palam est. Neq; obstat gloss. celebris



lebris *m.* quatenus habet illi clementiæ (quæ inducit formam super vsuris repetendis) non esse locum in foro seculari, in quo illæ repererentur: quia illa clementina non declarat hunc, vel illum contractum esse usurarium, vel præsumendum usurarium, sed solum inducit formam procedendi super usuris, quæ nihil attinet ad peccatum. Nos autem agimus de constitutione, quæ declarat contractus aliquos censuarios esse vere peccata, vel præsumenda esse talia.

*Tertio*, quod his videtur esse consequens, quod non ligat eos, qui Regibus laicis subijciuntur illa clausula, quod censuarius præferatur in emptione rei sibi per censum subiectæ; nec illa, quod redempturus censum, debet ante bimestre denunciare illam redimendi voluntatem censuario: quia per illas clausulas non declaratur aliquid esse peccatum, nec præsumi esse tale, sed quod contenta in illis visa sunt iusta, & æqua eius latori.

*Quarto*, quod nemo est iudicandus usurarius in foro conscientie propter præsumptiones per hanc extrauagantem inductas, si contrarium coram Deo est verum: quia nulla lex fundata super præsumptione ligat aliquem in foro conscientie, seu Dei, si contrarium eius, quod præsumitur, est coram Deo verum *n.*

203 *Sexta quæstio*, An omnia contenta in hac extrauaganti sint iuris eiusdem speciei? Ad quod respondetur, quod non. Quædam enim sunt in ea expressa, præsupposita, vel insinuata, quæ sunt iuris naturalis, & diuini, quæ certum est ligare omnes etiam laicos Regnorum non subiectorum quoad temporale dominium Papæ, ut primum dictum quæstionis proxime habet. Quædam vero sunt, quæ non sunt iuris naturalis, neque diuini, sed humani noui, per extrauagantes *i.* & *z o* & per hanc clari noue inducta, ad præsumendum aliquos contractus censuales esse usurarios: quæ probabiliter dici potest ligare vniuersos etiam laicos, etiam quoad temporalia Papæ minime subiectos. Quædam tandem sunt, quæ nec continent ius naturale diuinum, neque modum præsumendi censum esse usurarium, sed æqua, & digna, quæ in eo seruentur: qualis est prælatio, quæ datur censuario in emptione rei censui subiectæ: qualis item denunciatio, quam redempturus censum debet facere ante bimestre: & illa, qua tenetur denunciare, velit, nolit, redimere censum infra annum post denunciationem. Hæc enim non declarant aliquid esse peccatum, nec præsumi esse tale: nisi dicas mentem Pij fuisse, ut census præsumatur usurarius, si hæc omnia non seruentur: quod tamen non videtur rationabile, cum census ante decem annos contractus seruatis seruandis, & toto illo tempore iudicatus iustus, nulla ratione possit iudicari usurarius, eo solo, quod redempturus illum non denuntiauerit ante bimestre, vel post denunciationem ante annum lapsum non redemerit.

104 *Septima quæstio*, an hæc extrauagans possit in totum, vel partem tolli per contrarium vsus, vel non vsus eius, sicut & aliæ leges enervantur, ac tolluntur per *c. in ista p.* & per glossam solemnem q. & per late deducta ibi per Felin. Ad quam quidem quæstionem respondetur primo, quod non potest tolli, quatenus est solum

*m. Clem. dilectam, de iur. in ver. viur.*

*n. Ca. tu, de spon. & c. humane aures, 22. q. 5. & c. is qui, cum eis annorat. de spons.*

*o. De emptio.*

*p. parag. leges, q. d. & per glossam solemnem c. i. de treug. & pac. & per late deducta ibi per Felin. q. Ca. 7. de treug. & pac.*

docta.



declaratoria iuris naturalis, & diuini; siue quoad ea quæ expresse, vel tacite definit esse iura naturalia, vel diuina q.

q. C. quo in-  
re. 2. d. & c. fin.  
de consue. 1.  
d. parag. le-  
ges, & d. c. fin.  
de consuetud.

*Secundo*, quod potest tolli per contrarium usum, vel non usum eius quoad alia omnia noue inducta, etiam quoad præsumendam usurariam prauitatem: quia illa sunt iura humana; & omnia iura humana per non usum, vel consuetudinem contrariam tolli possunt, saltem Papa sciente, & non contradicente r.

*Tertio*, quod iuste posset omitti eius obseruantia extra terras Papæ subiectas, quoad ea, quæ non sunt iuris naturalis, nec diuini, neque humani inducti ad præsumendam usurariam prauitatem, sed solum tangunt iustitiam, vel iniustitiam constitutionis census: quoniam illa non tangunt spiritualia, nec continent uitiationem periculi animarum plusquam aliæ leges factæ super emptione, & venditione aliarum mercium: quia census est merx, & res temporalis, & de se profana; & constitutio eius non est res magis spiritualis, quam emptio, & venditio aliarum mercium, cum vere sit venditio, ex parte constituentis, & emptio ex parte illius cui constituitur, secundum omnes. Et ita lex super iustitia, vel iniustitia illius lata, est lata super materia temporalis, & communi, tam iurisdictioni Regum, quam Papæ: & consequenter sicut lex lata ab vno Rege super iustitia, vel iniustitia eius, si non continet ius naturale, vel diuinum, non ligabit alios sibi non subditos; sic lex Papæ facta super ea, si non continet ius naturale, vel diuinum, vel non inducit præsumptionem, qua præsumatur tale, non ligabit Reges, & Regna temporalia Ecclesiæ dominio non subiecta.

SYMMARIUM.

- 105 Censur debitor satisfacit credendo in dubio, quod debet illum ex contractu censitico, & non emphyteutico.  
105 Obligatio censitici mitior quam emphyteutici.  
106 Contractus censitici ut differt ab emphyteutico.  
106 Pœna exacta ob non solutionem census an restituenda.  
107 Censur an vendi possit maioris, vel minoris, quam sit creatus.  
107 Pretium census per que crescit, & decrescit.  
107 Censur super censu constitui potest.  
108 Frugifera est res apta fructum ferre, licet non ferat.  
109 Censur vnus super pluribus rebus constitui potest.

105 **O**ctaua quaestio, An qui soluit aliquem censum ob aliquod prædium, & nescit, an eum debeat ex contractu emphyteutico, an censuali, utrum eorum potius in foro conscientie credere debeat, cum plurimum referat, utrum illorum credat. Nam si credat, censum illum se debere ex contractu emphyteutico, tenebitur credere se perdidisse prædium non soluendo censum intra duos annos, si debet Ecclesiæ a, vel intra tres, si debet personæ laicæ b. Ad quod dubium videtur dicendum primo, quod eodem modo videtur resoluendum, quoad forum exterius, ac quoad interius, cum non

a Ca. potuit,  
de locat.  
b l. 1. Cod. de  
iur. emphy-  
teut.



non agatur de interpretanda lege fundata in præsumptione.

Secundo, quod non tenetur credere in dubio se debere illi ex contractu emphyteutico, sed satis est credere, se debere illum ex contractu censitico, arg. ca. ex parte d, & notatorum ibi per Panor. e & l. semper in stipulationibus f, cum alijs similibus, quatenus probant, obscura, & dubia ita interpretanda esse, vt quam minimam obligationem inducant, & prædictum ca. ex parte, probat de censu debito ex voto: quod votum soluendi sextarium frumenti est intelligendum de sextario minore, si duo sint sextaria. Et constat mitiorem esse obligationem debendi censum ex contractu censitico, quam ex emphyteutico, cum, vt supra tactum est, debens ex illo non perdit prædium non soluendo censum g, debens autem ex emphyteutico sic h.

106 Nona questio, An liceat post prædictam extrauagantem tradere alicui prædium valoris mille ducatorum, reseruato sibi annuo censu, adiecta pœna, vt cessante illo soluere per triennium, possit recipere prædium traditum? Ad quod respondeo quod sic. Tū quia extrauagans disponit de censu quem quis imponit, & vendit super re sua, & non de illo, qui tradit rem suam alteri vt sibi aliquid annuū soluat: & à diuersis non fit illatio i. Tum quia non fuit intentio Pij V. prohibere locationes ad longum tempus, nec consequenter contractus emphyteuticos, vt supra dictum est: & præfata traditio dicenda est locatio ad longum tempus, vel certe contractus emphyteuticus, qui similis est illi k, vt colligitur ex differentijs, quas ponit glos. l. & tradunt Doctores, maxime Iason super illa. Tum quia, vt contractus dicatur emphyteuticus, vel locatio ad longum tempus, nō est necessarium vt id expresse dicatur, sed satis est vt colligatur tacite ex his que aguntur, adeo quod aliquando cōtingit, vt in instrumēto dicatur dari aliquid in emphyteusim, attamen cōtractus nō sint emphyteuticus, sed censitico, vt post Imolēsem m tradit. las. n ponens exemplum de illo, qui diceret tradere se aliquod prædiū in emphyteusim pro certo annuo censu, ita quod omne ius, quod haberet in eo, transferret in illum. Cū enim per contractū emphyteuticum non transferatur dominium directū, sed tantum vtile, secūdam omnes: cumq; simul ac quis transfert omne ius, quod habet in re, videatur transferre dominium directū, videtur nolle facere contractum emphyteuticum, sed censitico, vel tradere pro annuo censu, ne dispositio secum pugnet o. Tum deniq; quod prædicta extrauagāns nihil disponit de censu preseruato in traditione alicuius iuris, vel aliquorum iurium, de quo est text. cum glos. solemnī p, sed tantum de nouē constituto, vel constituendo super re, quæ retinetur à vendente illam: & non est eadem ratio de vtroque: quia in illo nulla cadit fraudis vsinarum suspicio, in hoc autem magna, vt palam est.

Decima questio, An qui exigit pœnam ob non solutum censum per nouam constitutionem debitum, tēpore præstituto, teneatur restituere illam in foro conscientie? Respondeo, quod sic, si fuit

c lurt. nst. in  
e. is qui, & e.  
ua, de ipon  
fali.  
d de confi.  
e In 4. noiaz.  
f ff. de Verb.  
obligat. & ff.  
de reg. iur. &  
c. in obscuris,  
de reg. iur. l.  
o.  
g C. cum dile-  
ctus, cum gl.  
& Innoc. re-  
cep. de reli-  
gios. domi.  
h Di. c. potuit  
de locat. & d.  
l. 2. C. de iur.  
emphyteut.

i l. Papinta-  
nus, ff. de mi-  
nor.  
k parag. adco.  
l. iustit. de lo-  
ca.  
l An l. 1. C. de  
iur. emphyt.

m In c. ad su-  
dientiam, de  
reb. Eccles.  
non alien.  
n In d. l. i. m.  
48. & seq.

o Contra l.  
vbi repugnā-  
tia, ff. de reg.  
iur. c. solici-  
tudinem, de  
appellar.  
p In d. c. cum  
dilectus, de  
reliq. domi.

a expres-  
non ysum  
sumen-  
a; & om-  
ntrariam  
te r.  
tra terras  
s, nec di-  
m prau-  
fuitio-  
continent  
ctę super  
est merx,  
s non est  
m mer-  
empuo  
ex super  
mporal.  
& conse-  
niuitia  
n ligabit  
n conti-  
tionem,  
mporalia  
m ex con-  
aliquid  
mphy-  
crede-  
si cre-  
nebitur  
a duos  
laicę b.  
odo vi-  
ius, cū  
non



In glof. 2.

si fuit constitutus post præfatā extrauagantē, per dicta supra o. Si autem fuit ante illam constitutus, distinguendum est, an sit talis, & tam moderata, & tam absque mente fœnerandi facta, vt iuste potuisset poni quoad forum conscientia, an non. Priore casu non tenebitur restituere, posteriore vero sic p.

p Arg. l. si pa-  
do quo poe-  
nā C. de pas.  
& l. nudam,  
C. de contra.  
vel commit.  
stipular. l. si  
pulsatio ista,  
parag. alteri,  
ff. de verb.  
oblig. parag.  
alteri, in titu.  
de inuic. sti-  
pulat. c. suam  
de pœnis c. si  
fœculi leges,  
& sequenti,  
23. q. 2.  
q In glo. 14.

C. 23. n. 78.

s Nor. 4. n. 5.  
t Ca. 23. n. 79.

107 *Vndecima questio*, An liceat ei, cui debetur census, vendere illum in certum tēpus, vel ad vitā ipsius, vel emptoris? Respondeo, quod non, per dicta supra q. An autem vendere possit cēsum ipsum simpliciter? Respondeo, quod sic, modo eodē pretio vendat, & nō maiori, neque minori, quam fuit emptus, vt hæc extrauagans exprimit. Quod quia videtur statutum fuisse ad euitandam fraudem vsurarum, fit, vt arbitrer licere in foro conscientia habenti censum septem aureorum emptum centū aureis, si egeret, & non inueniret qui vellent totidē emere, sed aliquanto minoris, posse vendere minoris, saltem quoad forū conscientia, modo nulla fraus vsurarum interueniat, sed solum diminutio valoris, aut ex eo quod vēditor quærit, & rogat emptorem, & merces vltioneæ vilescunt, aut quia multi sunt venditores talium censuum, & pauci emptores, propter quæ valor rerum vendendarū minui solet, vt diximus in Manuali Confessar 7. Arbitror etiam quod è contrario, si multum rogaretur is cui debetur census, vt venderet illum, & ille nollet, & adessent multi emptores, & pauci venditores, posset vendere aliquanto maioris quam centum, saltem quoad forum conscientia. Tum quia iustum pretium censuum non videtur in pretio indiuisibili constitutum, sicut nec ceterarum mercium, vt diximus supra s, & latius post alios in d. Manua. & videtur licere intra illam latitudinem pluris, vel minoris vendere, aut emere. Tum quia multitudo volentium vendere, & raritas volentium emere potest minuere pretium, & contra multitudo volentium emere, & raritas volentium vendere potest illud augere, secundum omnes. Tum quia passim videmus in Vrbe eos, qui habent census emptos in montibus pietatis, & alijs, vendere maiore pretio eo, quo emerunt, si rogantur à multis vendere, & contra minoris quam emerunt, si quærunt, & rogant emptores, & multi inueniuntur venditores, & rari emptores. Dixi supra bis, saltem quoad forum conscientia, quia non tam facile potest id asseri quoad forum exterius ob hanc extrauag. quæ expresse verat illum vendi carius, vel vilius, quam si constitutus: nihilominus tamen ex bono, & æquo idem posset dici quoad forum exterius, limitando eandem extrauagantem per rationes præmissas, ne procedat quando pretium census creuit, vel decreuit post illius constitutionem, sed solum quando pretium non fuit auctum, nec diminutum. Quod quia quotidianum est, memorabile esse duco maxime confessarijs.

*Duodecima questio*. An super censu, vel alio iure capiendi aliquos redditus, valeat constitui nouus census? Respondeo posse, vt dictum fuit in prim. glof. Quoniam annuus redditus pro re immobili

mobili h  
108 Que  
pretio a  
tur fruct  
turres n  
non solu  
sed eti  
quia m  
habet. T  
liarus p

Questio  
tij pro e  
respond  
effectu  
vsuram  
6. num.  
109 Q  
super di  
Respon  
ait, quo  
non int  
res mo  
in pluri  
ex tex.  
Tum qu  
dictat n  
censum

110 C

110 C

111 C

111 C

112 C

112 C

113 F

113 F

113 C

114 C

114 C

110 C

partes

vetat,



mobili habetur, per text. ling. a ibidem citatum.  
 108 *Questio decimatertia*, An qualibet res immobilis, quæ pro pretio æquante censum ad humanos vsus locari valet, censeatur fructifera, licet locati nunquam soleat: quales sunt aliquot turres non consuetæ locari. Respondeo, quod sic. Tum quia non solum prædium, quod actu fert fructum, dicitur fructiferum, sed etiam id quod de se aptum natum est ferre illum b. Tum quia modus loquendi pene omnium (qui seruandus est) e id habet. Tum quia spoliatus tenetur restituere fructus quos spoliatus percipere potuit, licet actu non perceperit d.

*Questio decimaquarta*, An vendens censum possit partem pretij pro eo accepti dare alicui ea lege, vt partem census, quæ illi respondet, soluat eius emptori? Respondeo quod non. Quia id effectum est mutuare pecuniam vt aliquid lucretur, & ita ad usuram dare: quod omni iure vetitum est, iuxta dicta in nota. 6. num. 8.

109 *Questio decimaquinta*, An liceat emere censum constitutum super diuersis prædijs separatis, expressis tamen finibus eorum? Respondeo, quod sic. Tum quia hæc extrauagans ( quatenus ait, quod census non potest constitui nisi super re immobili) non intendit excludere pluralitatem rerum immobilium, sed res mobiles. Tum quia dispositio loquens de vno, habet locum in pluribus, quando eadem ratio militat in illis, vt colligitur ex text. e vbi hoc adnotat Dominicus communiter receptus. Tum quia à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus dicitur nouum f: & ante hanc extrauag. licebat constituere vnũ censum super pluribus rebus, & hæc non vetat illud.

SVMMARIVM.

- 110 *Censuarius potest pluribus vendere rem censualem.*
- 110 *Census totus soluendus à possessore partis rei censuarie.*
- 111 *Censuarius non tenetur pacto redimendi censum casu quo partem rei alienet.*
- 111 *Census ante hanc extrauagantem creatus an pereat parte rei perempta.*
- 112 *Censuarius an possit obligari in forma Camere.*
- 112 *Censuarius vendita re censuali liberatur.*
- 113 *Prædium non fit ex parte infrugiferum eo quod reddat minus.*
- 113 *Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum.*
- 113 *Census non perit re facta sterili.*
- 114 *Censuarius detinens rem vt tenetur.*
- 114 *Censum ponens super re aliena vt tenetur.*

110 *Questio decimasexta*, An liceat diuidere rem super qua est constitutus census, & vendere diuersis diuersas partes? Respondeo quod sic: quoniam hæc extrauagans vetat, vt nec per pactum libertas alienandi rem censuariam, quam

a In Clem. e. xiii, parag. cuncte annui redditus, de verb. signif.

b Arg. c. quid per nouale, de verb. sign. & l. sylua ex du, ff. de verbor sign.

c l. libeo, ff. de sum. l. leg. & l. librorum, parag. quod tamen Cas. sius, de legat. 3.

d Text. & ibi glo. recep. in c. grauis, de restitut. spoliatorum.

e Adiuñt. glo. prima communiter recepta, c. si compromissarius, de elec. l. 6. f. l. precipimus, C. de app. peilat.



quã habet constituens, & vendens censum, tollatur, vel restringatur. Cum ergo ante constitutum censum posset diuidere rem censui subiectam in diuersas partes, & eas, vel aliquas earum diuersis vendere, poterit idem facere post illum constitutum.

*Questio decimasextima*, An venditor, qui vendit aliquas partes fundi censualis, ipse solus teneatur soluere totum censum, an etiam illi qui eas emerunt? Respondeo, quod is, cui debetur census, poterit illum totum petere à quolibet illorum. Tum quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione *a*. Ergo eadem, immo fortiori ratione, non debet fieri peior ex venditione partium fundi vestigialis. Tū quia per fundi vestigialis diuisionem non diuiditur vestigial in præiudicium illius, cui debetur, immo potest petere à quolibet possessore illius, vel partis eius *b*. Tum quia glo. illius l. recepta, habet, mortuo emphyteuta, relictis duobus hæredibus, neutrum illorum soluendo partem pensionis, quæ illum contingit, liberari à poena caducitatis, siue perditionis partis emphyteusis in quam successit, immo, altero illorum non soluente suam partem, totam emphyteusim perdi ab utroque, vt late post multos alios à se citatos tradidit Iason *c*.

*a* l. 7. parag. ex his, ff. de verb. oblig. & l. plane, ff. de mil. ercif. b. In commun. diuidendo, ff. de communi. diu.

*c* In l. 2. n. 57. C. de iure emphyteu.

*d* In vers. pa. 21.

*111 Questio decimoctaua*, An ab initio constituti census liceat pacisci, quod casu, quo venditor census vendiderit fundum, vel partem eius, teneatur redimere censum? Respondeo, quod non. Quia hæc extrauag. *d* etiam vetat, ne in venditione census possit apponi pactum, per quod à vendente census inuito pretium possit exigi: cui consequens est, non posse apponi pactum, quo vendens redimere cogatur.

*Questio decimanona*, An quicumque census etiam ante hanc constitutionem creatus super re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta, in totum, vel pro parte cesserit? Respondeo, quod census ante hanc constitutionem creatus non perditur in totum, nec in partem, ex eo solo quod pars prædij vestigialis censui suppositi perdat. Quia id nullo iure videtur caueri, nec vlla efficaci ratione probari, cum is qui debet illum, relicta parte, quæ superest censuario, cui debetur census, liberetur. Nam, vt probatum fuit *e*, census etiam ante hanc extrauag. nõ poterat constitui in persona, sed tantum in re ipsa, qua perempta, vel derelicta liberaretur venditor.

*e* Notabil. 22.

*Questio vigesima*, An census super certis definitis que rebus constitutus, & super omnibus venditis facultatibus, pereat in parte, parte illorum perempta? Respondeatur quod nõ, si census fuit creatus ante hanc extrauag. per responsum ad quæstio. præceden. Et quod post hanc extrauagantem non potest creari census super omnibus bonis indesignatis, sed tantum super designatis suis finibus: & de tali idem dicendum est, quod dictum est supra *f* de censu super duabus rebus designatis constituto.

*f* quæst. 27.

*112 Questio vigesimaprima*, Vtrum hanc extrauagantem transgrediatur, qui vendit censum obligando se ad solutionem in forma



forma Camere? Respondeo quod sic. Tum quia constituit, & vendit censum in alia forma quam posita in illa. Tum quia obligat se ad pœnas, & incommoda, quæ incurrunt per obligationem in forma Camere: & hæc extraneas irritat omnia pacta, & conventiones, ad quæ venditor iure cõmuni nõ teneretur.

113 *Questio vigesima secunda*, An res censui supposita desinat esse in parte frugifera eo solo, quod nõ reddit tantum, quantum tempore constitutionis, & venditionis eius reddebat? Respondeo, quod nõ. Tum quia nullo iure videtur probari quod aliquod prædium dicatur in totum, vel in partem peremptum eo solo, quod desinat ferre tantum fructus, quantum antea ferebat: & ita non est dicendum a. Tũ quia non obstat dicere quod de equipollentibus idẽ est censendum b: & quod paria, & equipollentia videntur, partem prædij perimi, & partem fructuum nõ ferre. Non, inquam, hoc obstat: quia negari potest illa esse paria, & equipollentia simpliciter, licet secundũ quid sint talia.

a Arg. c. con-  
suisi, 2.  
quæst. 44.  
b l. si ff. mon-  
dat. c. licet  
ex quadam;  
de testib.

*Questio vigesima tertia*, An propter sterilitatem fundi multorum annorum extinguatur census? Respondeo quod non: quia nullo iure id cauetur.

214 *Questio vigesima quarta*, An casu, quo molendinum, super quo est cõstitutus cõsus, destrueretur à domino, eo quod aqua mutauerat cursũ, & edificauit aliud ex materia prioris molendini, an census debeatur ex secũdo molendino. Respondeo, quod secundũ molendinum non erit subiectum censui: quia nõ fuit impositum illi: & certum est illud esse aliud à priori. Tum quia nauis constructa ex materia alterius nauis penitus dissoluta, est alia à priori c. Tum quia etiã domus, si vsque ad arcã destruat, licet ex eadem materia restituatur etiam in eodẽ loco, alia domus dicitur d. Tum quia ædificium constructum in vno loco ex materia ædificij destructi in altero, non solũ est aliud ab eo, sed etiam frequenter est alterius domini, vt colligitur ex parag. cum in suo e. Secundo dico, quod censuarius, quia destruxit molendinum, tenebitur ei cui debebatur census constitutus in eo, actione de dolo, vel alia f, aut ad minus cogetur reddere pretium quod pro censu accepit, aut constituere illum super novum molendinum, vel aliam rem suam immobilem.

e l. inter hæ-  
pulantem,  
parag. in ra-  
verf. & na-  
uis, ff. de  
verbo, oblig.  
d l. quid ta-  
men, parag. 7.  
ff. quib. mod.  
vultu amit.  
& d. parag. in  
cram.  
o Inst. de terã  
diuisione.  
f Inst. text.  
in hoc apum  
in l. repeti-  
ad iuncta ma-  
gna glo. ff.  
quib. mod.  
vultu amit.  
& c. si. cum eã  
ad not. de iu-  
rijs.  
g c. 2. de cõ-  
stit.  
hc. sedas, de  
rescrip. l. ita  
que sullo, ff.  
de furtis.  
i l. Iulianus  
ff. de actio.  
empt.

*Questio vigesima quinta*, An qui emit censum super aliqua re nõ libera, vel super qua non poterat venditor eum constituere, quod tamen emptor ignorabat, possit emptor exigere illum absque peccato? Respondeo, quod sic, pro tempore quo id probabiliter ignorauit. Tum quia sic ignorans debet excusari à damno g, & sua fraus, & dolus nemini debent prædesse h. Et consequenter, emptor præfatus innocens non debet perdere censum, nec venditor dolosus excusari ab eo soluendo. Tum quia venditor celans vitia, & defectus rei vendita, tenetur emptori ad interesse i.

*Questio vigesima sexta*, An in casu præcedentis quæstionis possit emptor compellere venditorem ad restituendum pretium? Respondeo

Xxx

Respondeo



¶ Toto ti. de  
conditio.  
caus. dat.  
caus. non se-  
cu. & C. de  
condi. ob  
caus.  
l. i. ff. de a-  
ction. empt.  
m In ff. eo.

¶ Arg. l. con-  
tenire, ff. de  
pac. doctz.  
lib. & cap. ex  
parte con-  
tinet.  
o l. 3. ff. de  
legat. 2. c. sig.  
m. l. c. ff. de  
electio.  
p. iuxta glo.  
& trad. ubi  
utiliter a Fe-  
lin. in c. ad  
auctoritiam,  
2. de rescrip.

Respondēo quod sic. Tum quia datum ob causam, ea non se-  
cuta redire debet ad dantem *k*: & prefatus emptor dedit pre-  
tium ob censum super re libera constituendum, quod non fuit  
secutum. Tum quia venditor p̄dij seruituti subiecti tenetur  
emptori id ignorantem exempto actione *l*, & ad interesse, si sciēs  
vitium celauerit, aut ad quantum minoris, si ignorauit, iuxta  
distinctionem positam in *l. Iulianus m*.

*Questio vigesima septima*, An ab initio constitutionis census  
possit fieri pactio, vt vendens teneatur soluere censum, donec  
pretium reddat, casu quo res nō esset libera, vel esset alij censui  
subiecta. Respondēo quod non. Tū quia cēsus cum huiusmodi  
pacto constitutus videtur esse contra formam prefatę extraua-  
gantis. Tum quia aperiretur magnum ostium exercendis vsu-  
ris: nā volentes sub eis mutuare, constituere possent census su-  
per alienis p̄dij, & volentes mutuare sub vsuris, emerent il-  
los cum huiusmodi pacto, per quod secure acciperent vsurā no-  
mine census: & huiusmodi ostiū nullatenus est aperiendū. Tū  
quia non obstat, quod ex pretio eius, quod iure inest, nihil no-  
cet *o*, si tantum eo modo quo inest exprimat *p*: & quod con-  
tentum in ipso pacto videtur tacite inesse, per allegata in qua-  
stione p̄cedenti. Non, inquam, hoc obstat: quia licet tacite iu-  
re insit quod constituens, & vendens censum super re aliena, vel  
non libera, teneatur reddere pretium, & ad interesse, vt p̄di-  
ctum est, non tamē iure inest vt teneatur soluere censum male  
constitutum, donec reddatur pretium: quia hoc esset vere, vel  
p̄sumptiue vsurarium arg. eorum quę supra dicta sunt.

S Y M M A R I V M.

- 115 Censu in re aliena, vel non libera creatus, an deberi, & exigi  
possit.  
116 Censu positus in alia re, quam pecunia numerata, an ad eam reduci  
debeat.  
116 Censu creatus alio pretio, quam nommis, vt licitus.  
117 Censu cum quo pacto perimendi constitui possit.  
117 Censu an valeat cum pacto repetendi pretium, recipiendo in par-  
tem solutionis eius census antea solutos.  
118 Censu redimi potest etiam sine numerata pecunia.  
119 Censu pro redemptione quale amplius liceat accipere.  
120 Censu vt redimitur per compensationem.

115 **Q**uestio vigesima octaua, An iuste possit accipere censum  
emptor, qui nouit, rem, super qua constituitur sibi cē-  
sus, esse alienam, vel non liberam, & simulat se id ignorare, vt  
possit, quando voluerit, cogere venditorem ad reddendum  
sibi pretium, ea ratione quod eum constituit super re, quę non  
erat sua, vel non erat libera, & apta ad constituendum illum.  
Respondetur, quod non. Tum quia illa simulatio dolosa  
non



non debet ei prodesse. *a.* Tum quia simulatio dolosa est peccatum, ut probat S. Tho. recep. *b.* Quibus est consequens, non posse ipsum bona conscientia recipere censum illum sic impositum, & quod si reciperet, teneretur eum restituere, vel computare in partem solutionis pretij quod pro eo dedit, & hoc in foro interiori conscientie: in foro autem exteriori, si non confiteatur nec probetur, obtineret: quia in illo foro de non existentibus, & non apparentibus idem iudicatur: sed si probaretur, posset puniri pena usurariorum, ultra id ad quod in foro conscientie obligatur, eo quod usuram palliatam admittit, per supra dicta *d.*

116 *Questio vigesima nona, An census constitutus in alia re, quam in numerata pecunia, puta in tot modijs frumenti, vel tot amphoris vini, vel cadis olei, debeat reduci ad pecuniam numeratam, que iuste respondeat pretio pro eo dato: si pretium frumenti, vini, vel olei adeo creuerit, ut excedat pretium pro eo datum, licet eum daretur esset iustum. Ad quam questionem respondeo primo, quod pro parte negante facit: quia non debet augeri, vel minui pretium rei vendite, quod erat iustum tempore venditionis, eo quod pretium illius postea creuerit, alioquin omnium fere rerum immobilium venditionum pretia essent augenda, cum fere ubique longe maiori pecunia numerata valeant hodie, quam tempore venditionis valebant: quod esset absurdum, & ita non dicendum *e.* Secundo, quia iustitia pretij ad mercem est assumenda secundum tempus venditionis, & non secundum tempus futurum, vel preteritum, iuxta *l. pretia rerum f.* Tertio, quod si pretium frumenti, vini, vel olei esset valde diminutum, non propterea vendens esset cogendus ad restituendum aliquid de pretio, quod erat iustum tempore venditionis, accepto. Ergo nec ementi census debet diminui quantitas eius, quod fuerit auctum pretium eius: quia quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito.*

*a.* Arg. a contrariis tenetur, c. viii. in o. d. p. o. 22. q. 2. arg. tot. C. plus valeat quod agitur, quam quod habetur concipi. b. 2. q. 11. art. 1. c. l. duo sunt iro. n. de test. tur. & glo. c. i. sacerdos. de officio ord. d. in nota. 7. nu. 4.

*e.* In quo quod absurdum est, de bonis liber. r. ff. ad legem pa.

*g.* l. & si contra tabulas, ff. de vulg. & sciendum, §. q. 1.

*h.* l. xlii. p. rag. ff. solut. matrimo.

Pro parte autem affirmante facit primo, quod in multis Hispanie regnis, ut predictum est in quest. 3. facta est prefata reductio. Secundo, quod cum emitur census alterius rei, quam numerate pecunie, maior respectus habetur ad pretium eius, quam ad ipsam rem, & ita magis videtur poni census in numerata pecunia, quam in ipsa re que illa estimatur: sicut cum datur aliqua species assimilata in dotem, videtur potius data pecunia, qua assimilatur, quam ipsa *h.*

Pro resolutione huius questionis, & concordia pro utraque parte citatorum dico primo, quod iuste potest statui a legislatore non recognoscente superiorem, ut predicta reductio fieret, ob rationem secundam pro parte affirmante formatam. Dico secundo, quod antequam prefata reductio fieret per legem, solvendus esset census in ea re, in qua constituta est, siue pretium eius sit auctum, vel diminutum, siue non, propter rationes pro parte negante adductas.

117 *Questio trigesima, An tutus sit in conscientia emptor census, si vere iustum pretium soluit, sed non in presentia Notarij, & restium*

Xxx

non fe-  
dit pre-  
non fuit  
tenetur  
, si sciens  
, iuxta

s census  
, donec  
ij censui  
iufmodi  
extraua-  
ndis vfu-  
ensus su-  
erent il-  
suram no-  
du. Tu  
nihil no-  
quod con-  
a in qua-  
racite iu-  
liena, vel  
vt predi-  
um male  
vere, vel  
ant.

Exigi  
um reduci

ndo in par-

re censum  
tur sibi ce-  
norare, vt  
ddendum  
e, quæ non  
um illum.  
io dolosa  
nom



testium, nec in pecunia numerata, sed per liquidi, & iusti pretij recompensationem, vel sine fraude in mercibus, quas venditor census emere volebat, & quæ pro iusto pretio taxata fuerunt.

a Tu gl. 3. nu. 29.

Respondeo, quod sic, vt dixi supra a. *Questio trigesima prima*, Quid si non pro iusto pretio fuerunt estimata, & partem pretij in mercibus, partem in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor census teneatur ad damnum emergens, & lucrum cessans, an tantum ad supplendum iustum pretium? Respondeo, quod præfatus emptor tenebitur ad supplendum iustum pretium, & insuper ad totum interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis. Tum quia teneatur offerre, & soluere totum pretium b. Tum quia venditor teneatur soluere interesse emptori c.

b l. Iulianus, parag. offerri, ff. de actio. empt. c. per princi. pium præci. rata l. Iulianus, ff. si the. rilla parag. cum per venditorem, ff. de actio. empt.

118 *Questio trigesima secunda*, An possit dari iusta venditio cum pacto exigendi pretium à venditore aliquo casu? Respondeo quod non, nisi sit casus, in quo iure communi pretium exigi possit: vt quia fuit ignorater emptus super re nõ libera, vel inepta censui soluendo, vel quando venditor denunciauit emptori, se velle census redimere: Tunc enim intra vnum annum potest cogi ad redimendum, vt habet hæc extrauag. vers. cum vero.

*Questio trigesima tertia*, An per adiectionem pacti, de quo in quaestione præcedenti, emptio census fieret, aut presumeretur vsuraria? Respondeo, quod sic, per eandem extrauag. vers. contractusque in alia forma.

*Quest. 34.* An à principio possit fieri pactum, vt emptor pretium repetat quando cumque volet, computatis in eo omnibus censibus antea receptis? Respondeo, quod non. Tum per eandem extrauag. vers. contractusque sub alia. Tum quia per huiusmodi pactum aperiretur via fraudandi leges vetantes vsuras, quod non est faciendum d.

d Arg. ea. ex parte de consuetud.

*Questio trigesima quarta*, An clausula huius extrauag. quod census redimatur eodem pretio, quo fuit constitutus, restringatur ad solum census redimibilem tantum? Respondeo, quod non. Quoniam, vt hæc extrauagans videtur habere locum in censu perpetuo irredimibili post eam constituendo, vt diximus in glo. 10. ita pars illa eius de non vendendo, vel emendo carius, vel vilius, habebit locum in eodem: sed sicut ipsa non includit census redimibiles ante ipsam constitutos, ita etiam à fortiori non includet irredimibiles ante illam constitutos.

e l. Satis factio ff. de sol. lucto. ad iuu. l. qui satisdare cog. l. item. parag. omnis ff. de pignor. actio. f. Omnis de finitio. ff. de regu. iur. g. Eod. tit. l. 6.

119 *Questio trigesima sexta*, An venditori census liceat pretium redemptionis, siue cassationis soluere in alijs rebus, quàm pecunia numerata? Respondeo, quod sic. Tum quia regulariter quoties fit contentus debitor de pretio sibi debito, ceterum sibi solutum e: & is casus nõ videtur exceptus ab illa regula, & ita manet sub ea, arg. glo. solemnis. s. qua habet simule. in rub. g. Tu quia hæc extrauagans exorbitat à iure communi, quatenus statuit, vt pretium census non possit solui eius venditori etiam volenti, nisi in pecunia numerata, & ita est restringenda h. & consequē-

h e quæ à iure de reg. iur. lib. 6.

ter,  
cenf  
emp  
ratic  
iuua  
pro  
iou  
in p  
illiu  
120  
ptio  
fuit i  
vel q  
piatu  
quan  
emit  
iuxta  
sus v  
re tot  
ampl  
solu  
caper  
solu  
mar  
decim  
dece  
que. E  
nisi ce  
pretij  
pretij  
tij, cu  
*Ques*  
tione  
quo d  
tollit  
tor ce  
is, cui  
pretij  
pro re  
rium,  
testan  
velle v  
tione  
quanc



ter, cum solum statuat de pretio soluendo venditori pretium census constituenti, non debet extendi ad pretium soluendum emptori pro eo redimendo, siue cassando. Tum quia mens, & ratio auctoris extrauag. fuerunt obuiare fraudibus usurarum, & iuuare constituentes census, ne urgente necessitate acciperent pro pretio, vel parte pretij aliqua sibi parum comoda, vel maioris, quam iustum esset, aestimata. Quæ mens, & ratio cessant in pretio soluendo emptori pro redemptione, siue cassatione illius, & ita ipsa extrauag. cessabit in illo.

120 *Questio trigesima septima*, An liceat accipere pro eius redemptione, siue cassatione, aliquid ultra id quod datum fuit, si solutio fuit in pluribus terminis, puta soluendo illud intra spacium triū, vel quatuor annorum? Respondeo, quod non, si illud plus accipitur tanquam pretium, vel pars pretij, sed sic, si accipiatur tantquam solutio alicuius partis census iam decursi. Verbi gratia: emit quis in Aragonia censum 15, scutorum trecentis scutis, iuxta legem illius Regni, qua statuitur, ut iustum pretium census unius anni sint viginti, & venditor vult redimere, vel cassare totum censum vnica solutione: non potest emptor quidquam amplius quam trecenta scuta accipere, immo, nec si pluribus solutionibus ex interuallo etiam magno factis redimat, potest capere aliquid amplius, tamquam pretium, sed sic tamquam solutionem census decursi, si enim venditor tribus annis redimat censum illorū quindecim, poterit ultra 300. capere quindecim, pro censu quidem sequentis anni primam solutionem decem, & pro censu anni sequentis secundam solutionem quinque. Per solutionem enim tertiæ partis pretij non redimitur nisi tertia pars census, nec per solutionem duarum partium pretij, nisi duæ partes census. Et ita soluta prima tertiæ partis pretij, currunt duæ partes census, & solutis duabus partibus pretij, currunt tertia pars census, ut palam est rem satis perpendenti.

*Questio trigesima octaua*, An census redimi possit per compensationem debiti liquidi? Ad quod respondeo, quod sic, eo modo quo dicitur in questione sequ. Tum quia omnis actio ipso iure tollitur per compensationem debiti liquidi. Tum quia debitor census poterit proponere coram iudice competenti, quod is, cui debet census, debet sibi liquide tantum, quantum fuit pretium acceptum, & petere ab eo, ut iubeat ei habere censum pro redempto. Possit item extraiudicialiter conuenire censuarium, & monere, ut ex tunc habeat censum pro redempto, protestans se non esse obligatum ad soluendum illum amplius, nec velle ut duret ultra; immo velle, ut extinguatur per compensationem: & quod cursus usurarum cessat, quoad concurrerem quantitatem, à tempore quo coepit usurarius illam debere.

i Arg. i. ad  
gere, par. g.  
quamuis, ff.  
de iure pa-  
tron. & c.  
cum ces-  
sante, de appo-  
pella.

l. i. ff. de  
compensat.

l. Arg. i. est.  
cum ei anno-  
tatis, ff. de  
compensat.  
m. l. cum ab-  
ter, ff. de ob-  
pensis.

## SUMMARIUM.

- 121 Censum solvere utilius interdum est, quam compensare.  
122 Censario quouis tempore fit denuntiatio redemptionis.

XXX 3

Census



- 122 Censu an totus soluendus cum redimitur ante terminum.  
 123 Censuarij prelationi vt potest preiudicari.  
 123 Censuarij prelatio an obfit cognatis, vel socijs.  
 124 Censu centum pro mille donatus ad vitam an valeat.

121 **Q**uestio trigesimanona, An cōpēlatio ista fiat ipso facto, vt censuarius nō possit accipere quidquā ratione censu, tempore quo incipit debere liquido tantum ei, qui debet censum, quantum dedit pro illo, eo quod videatur ipso facto extinctus. Et pro parte quidem affirmante facit, quod cōpēlatio fit ipso iure. Sed contrarium puto verius, Tum quia, secundum Azonem in summa o, cōpēlatio quidem fit ipso iure, sed parte opponente illam p. Tum quia in nostro casu nō concurrunt debitum vnus partis cum debito alterius. Quia qui vendidit censum, obligatur quidem soluere illum censuario tempore ad id statuto, sed non debet ei pretium eius, nisi redemerit, & ita donec declaret, & moneat censuarius, quod vult redimere censum, & quod id, quod sibi debet, accipiat in cōpēlationē pretij redemptionis, nō videtur redemptus census. Tum quia multis de causis conuenire potest debenti censum, vt soluat sibi quod debet ei censuarius, quam redimere censum: per quas rationes soluuntur in contrarium adducta.

122 **Q**uestio quadragesima, An denuntiatio facienda per debitorem censuario ante bimestre, quod vult redimere censu, possit fieri qualibet parte anni? Respondeo quod sic. Tū quia hec extrauagans nullum tempus ad id prefigit. Tum quia per illa verba, quibus statuit eam fieri posse, cum census extinguendus erit, significat eam fieri posse quocūq; tempore census extingui potest. At ex ead. extrauag. colligitur id quolibet tempore fieri posse. Tū quia subijcit, quod si post denuntiationē non redemerit in fine bimestris, nec coactus fuerit redimere intra annū, poterit quādoquēq; redimi, pre quia tamen denuntiatione predicta.

**Q**uest. 41. An si redemptio fiat ante finem anni, quādo debet solui census, sit soluendus totus census illius anni, an pro rata temporis? Respondeo, quod tantum pro rata temporis. Quoniam alioquin non posset libere quādoquēq; vellet redimere, cum incepto anno non possit id sine pœna, vel dāno facere: & is dicitur libere aliquid facere, qui sine vilo damno potest q: vbi hoc annotauerunt Dōminic. & Franc. & facit glos.

123 **Q**uest. 42. An prelationi, quam per hanc extrauag. habet censuarius in emptione rei censui subiecte, preiudicare possit is, qui debet censum redimendo prius illum, & postea vedēdo cui placuerit? Respondeo, quod sic. Quia censuario nō datur ius prelationis, nisi pro tempore quo est censuarius, & simul ac redimitur census, desinit esse talis: & redemptio potest fieri quocūque tempore, per eandem extrauag. vt predictum est.

**Q**uest. 43. An cognato, vel socio habere ius prelationis in re cognata, vel communi socij, censuarius sit preferendus? Respondeo, quod

a l. fin. C. de  
 cōpens.  
 o tit. de cōp.  
 pens. nu. 7.  
 p. Arg. parag.  
 cōpēlatio  
 nes, in l. de  
 satio.

q. c. 1. de reg.  
 lib. 6.  
 r. In elem. du.  
 dum, verbo,  
 libere, de se.  
 puls.



deo quod non. Tum quia princeps concedendo vni gratiam, non videtur velle præiudicare alijs: & ita præfatus Pius V. concedendo censuario gratiam, vt præferatur in emptione rei sibi censualis alijs emptoribus, non censetur præiudicare cognatis, vel socijs venditoris, qui cõsuetudine, vel statuto aliquo habent ius prælationis in emptione rerum sui cognati, vel socij. Tum quia alioqui pateret via facilis fraudandi eos suo iure æquissimo prælationis, cum facillime posset venditor cognatus, vel socius constituere aliquantulum census alteri emptori super re quam vellet transferre in eum per venditionem. Cui rei, quia est vna de malitijs hominum, obuiandum est b.

124 *Quaest. 44.* An sit licitus contractus, quem nuper fecerunt duo: quorũ alter donauit irrevocabiliter alteri mille obliganti se ad donandũ, vel dandum donatori centum: quolibet anno, dum viveret, ita quod post mortem eius nihil deberetur sibi, nec heredibus eius? Respondeo, quod pro parte negante facit hæc extrauag. quatenus habet, nullum censum posse constitui, & vendi, nisi seruata forma in ea scripta: quæ tamen in hoc casu non fuit seruata. Pars vero affirmans est tenenda. Tum quod est licita donatio sub modo iusto facta c: & præfata donatio est eiusmodi, nullum enim continet modum iniustum. Tum quod subito periculi est iusta causa accipiendi aliquid ultra id quod datur: d & in casu proposito donator subiit periculum perdendi omnia mille, vel magnam partem illorum quæ donat: nam si paucis, vel nullis annis vixerit, longe minus quam donauit, vel nihil accipiet. Tum quod is contractus nullatenus est mutatio, etiam si non sit vera donatio, sed donatio sub modo, aut contractus innominatus, do, vt des, vt diximus in Manual. Cõfess. e Tum quod, vt ibidem diximus, licitum est donare alteri aliquid cum pacto, quod si vixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil. Tum denique quod non obstat hæc extrauag. pro parte negante adducta: quia loquitur de censu constituto per viam emptionis, vel alterius contractus ei æquipollentis, vt diximus super eas f. In casu autem proposito agitur de censu constituto per viam donationis sub modo factæ, & ita non videtur ad ipsum extendi, cum quisque possit rei suæ traditioni modum imponere g.

a l. 2. pars g. ff. qui: a principe, ff. ne quid in loco pub. & c. super eo, de offic. deleg.

b l. in fundo, ff. de reuend. c. sedes rescripti.

c Toto tit. de donat. quæ sub modo. d l. 1. & 2. c. de nou. for. nor. & not. in consi. de usur. & tradit. Dec. in consi. 123.

e Cap. 17. ff. 227.

f In glo. 11. g l. in traditionibus, ff. de pactis, c. verum, de conditio. ap. posit.

## SUMMARIUM.

- 125 Censum non imponitur hodie super omnibus bonis, etiam aliquo designato.
- 126 Censum vt imponit quis in re aliena, vel sua & aliena.
- 127 Censum venditor regalia iura soluere debet.
- 128 Censum emptor vane sit procurator ad exigendum.
- 129 Censum soluendo finis semestris potest status.
- 130 Censum venditor obligari potest pro euictione.
- 131 Venditor census non potest obligari ad pœnam dupli.
- 132 Venditor census vane constituit se possessorem precario.

xxx +

Vendi.



- 133 *Venditor census non potest dare facultatem capiendi possessionem, nec renuntiare foro, nec dare contractui paratam executionem.*  
 134 *Census instrumento quale, &c. non inferitur.*  
 135 *Censui emendo an vllam pretium prefixum.*

125 **Q**uoniam post hæc scripta breui respondimus tredecim questionibus resultantibus ex duobus contractibus duorum censuum in Regno Neapolitano cuidam honorabili viro constitutorum, in gratiam & obsequium admodum Illust. Reuerendiss. Domini Petri à Lunell. Caieta. Episcopi, multis nominibus mihi suspiciendi, hæc quadragesima quinta quæstio continebit quinque prima responsa in summâ redacta. *Primum* erit, quod non potuerunt prædicti cæsus constitui post hæc extrauagantē super omnibus bonis, nullo immobili specialiter suis finibus designato, vt supra diximus. *Secundū*, quod impositio census ante hæc extrauagantē facta super omnibus bonis videntis licuit, si ramen imponens bona capacia tanti census habuit. Quoniam nullo iure antiquiore illa videtur statutum, ne quis posset vèdere cæsum generaliter super omnibus bonis suis.

126 *Tertium*, quod duo possunt imponere vnū censum super duabus rebus immobilibus suis terminis designatis, quarū vna sit vnus imponētis, & altera alterius. Nullo enim iure antiquo neque nouo huius extrauag. videtur hoc prohibitum: & ita nec dicendum a. *Quartum*, quod quis potest vendere, & imponere censum super re immobili aliena, consentiente domino: quia venditio rei alienæ valet b: & si fiat consentiente domino, est efficax, quia non potest illi contrauenire c: & quia dominus fundi, qui potest censum imponere, potest alteri imponenti consentire, per reg. qui potest alienare, potest alienanti consentire d: licet aliud sit vendere, & aliud vendenti consentire e.

a Arg. c. legatur, 24. q. 2. & par. consideremus, auth. de tri. & semil. col. 3.

b l. rem alienam, ff. de contrah. empt. c. e. quod semel, de regi. iur. lib. 6. d. ff. de reg. iur.

c l. aliud ff. eod. & tradita ibi per Dec.

f Arg. l. i. & tot. tit. C. de reb. alien. non alienan. gl. 2. C. sine censu, & re. liq.

h l. iuxta l. traditionibus de non. C. l. iuxta l. In. stant. par. g. ferret ff. de p. i. o.

127 *Quintum*, quod venditor census, & non emptor, tenetur soluere iura regalia, quæ ratione prædij censuarij Fisco debentur. Tum quia dominus prædij vendens super eo censum, non potest præiudicare Fisco, neque alieri tertio f. Tum quia non valet pactum factum inter venditorem, & emptorem, ne possessor prædij venditi teneatur soluere iura fiscalia g.

128 *Quæst. 46.* continebit sextum, & alia quatuor de prædictis tredecim responsis. *Sextum*, quod superuacanea, & inanis est constitutio, qua venditor census constituit emptorem procuratorem in rem propriam ad illum recipiendum, vel exigendum. Tum quia emptor est dominus census, & non venditor, post traditionem illius sufficientem h: & ita non indiget mandato procuratorio venditoris ad recipiendum, vel exigendum illū, neque illud ei quidquam prodest. Tum quia etiam nihil prodest emptori ad cogendum venditorem ad tradendum ei censum venditū: quoniam non debet eum ad id cogere nomine venditoris, sed suo proprio, quia vendit illum, & pretiū soluit i.

129 *Septimum*, quod iuste potest conueniri, vt dimidium census soluatur



soluatur in fine semestris, & alterū in fine anni, vel quod tertia pars in fine cuiusque quadrimestris. *Primum*, quia nullo iure antiquo, nec nouo huius extrauagantis statuitur contrariū. Deinde, quia iure communi pensio alicuius rei cōductę debet solui in termino à partibus statuto, si quem expresse statuerunt k. Et ideo constitutio temporis ad soluendum censum nihil aliud esse videtur, quam sublatio dubij, quod iura permittunt & approbant: & sic est quędam expressio eius quod quadamtenus tacite inest, quę quidem expressio nihil nocet l.

k Iuxta gl.  
communiter  
receptam in l.  
idem C. de  
de locat.  
l. c. 2. de leg.  
i. c. significat.  
Et de elec.

130 *Octauum*, quod promissio, qua venditor census se obligat ad defendendum censum venditum emptori, & de euictione, videtur permessa etiam post hanc extrauagantem. Tum quia non videtur illa tollere ea quę sunt naturalia contractus emptionis, & venditionis, qualia sunt obligatio, & cautio de euictione rei venditę m. Tum quia eorum, quę tacite insunt, expressio nihil nocet, vt dictum est: & per iura prædicta tacite inest venditioni prædicta obligatio, vt etiam diximus n.

m Iuxta l. ff.  
fundus, &  
ret. tit. ff. de  
euictionib.  
& l. pacta  
conuenta,  
iun. & gl. ff. de  
contrah. empr.  
n. Sup. q. 25.  
& seq.

131 *Nonum*, quod promissio de soluendo censum sub pœna dupli non potest fieri post hanc extrauagantem, quamuis ante illam fieri potuisset. Hęc enim extrauagans prohibet fieri omnia huiusmodi pacta pœnalia, quę tamen ante illam non videbantur prohibita.

132 *Decimum*, quod clausula, qua venditor census constituit se possessorem nomine precarij, videtur esse inepta, & tam iure antiquo, quam nouo reprobanda. Quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minus possidet eam post venditū censum, quam antea, & censum quem vendidit, nullo modo possidet ipse, sed emptor, vt palam est.

133 *Quęst. 47.* continet vndecimum, & reliqua duo responsa de prædictis tredecim, in summam, vt diximus, redacta. *Vndecimum*, quod clausula, qua venditor census facit copiā emptori eius capiendi auctoritate propria rem censuariam ob cessationem solutionis pensionis, est iniqua, & omni iuri, non solum nouo huius extrauagantis, sed etiam antiquo contraria. Tum quia sequeretur, quod propter cessationem à soluendo censum vnus aurei perderetur fundus valoris mille aureorum, & ita perderetur, vt emptor census posset illum auctoritate propria capere. Tum ob alia quę de pactis, quibus datur facultas auctoritate propria rem aliquam capiendi, multis in locis traduntur.

134 *Duodecimum*, quod clausula illa, *Cum omnibus alijs clausulis*, &c. non potest apponi post hanc extrauagantem, si consuetudo notariorum publicorum illius Regni habet, quod ratione illius clausulę possint in instrumentato apponi aliquę obligationes, vel renuntiationes contrarię huic extrauaganti, vt ex ea colligitur.

135 *Decimumtertium*, quod licet videri posset alicui præfatos census iudicari posse iniuste impositos ratione pretij, quia imponuntur ad rationem 10. pro 100. non tamen est firmum. Tum

X. x. j.

quia,



quia, vt nos supra scripsimus, nullo iure nouo, neque antiquo videtur expresse statutum, quod pretium dicatur iustum census constituendi. Tum quia pro varietate regionum, vt supra etiam admoauimus, num. 101. varium soluitur. In Aragonia enim soluitur ad rationem 5. pro 100. in Nauarra ad rationem 6. pro 100. in Castella ad rationem 7. & aliquantulum plus pro 100. & in aliquot partibus Gallie ad rationem 10. pro 100. quod etiam in Germania solitum fuisse, significant extrauag. Martini, & Calixti, positæ in tit. de empt. inter extra. communes, quatenus probant, licitos fuisse quosdam census impositos ad rationem 10. pro 100. Et quod etiam in Vrbe vidimus aliquos impositos ad rationem 9. pro 100. & 8. pro 100. quamuis nunc vt plurimum imponantur ad rationem septem pro centum.

FINIS.

A MC  
fol.

Bartholom  
num. 71  
Bona omni  
& vxor

Carolus V  
pus II.  
hoc dign  
Caroli Mo  
vbi fuit  
Censuarian  
quam ali  
Censuarian  
censuale  
Censuarian  
dicensan  
net,  
Censuarian  
Camera  
Censuarian  
tur,  
Censuarian  
dem, 11  
Censuarian  
ri,  
Censuarian  
socijs,  
Censuarian  
redempti  
Census per  
recenter  
Census rec  
quirat,